Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-427697-p0001-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-427697-p0002-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-427697-p0003-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-427697-p0004-2

1708.

14. Moeschell, Christianus: De antichresi

15. Stahlius, Georg. Ernestus, Med. Doct. ac. prof. publ. ordin., decanus: Propempticon inaug. de fidis remediis (ad disputationem inaug. Johannis Christiani Dannnii invitat).

16. Stahlius, Georg. Ernestus, Med. Doct. ac prof. publ. ordin.: Propempticon inaug. de casibus medicis practicis. (ad disputationem inaug. Justi Tullini invitat)

17. Stahl, Georg. Ernestus: De diaeta.

18. Strykius, Jo. Samuel: De natura matrimonii

19. Strykius, Jo. Samuel: Collegii Grotiani ab illustri Kulpisio quondam conscripti exercitatio IX.

20 a u. b Strykius, Jo Samuel: De officio judicis circa pejeraturum vel alioqui juraturum 2 Exempl 1708 u. 1738

21. Strykius, Jo. Samuel: De privilegio appellationis Lubecensis

22. Strykius, Jo Samuel: De concursu juramentorum

23. Strykius, Jo Samuel: De fine matrimonii

24. Strykius, Samuel: De immunitate a praestatione cautionis

25. Strykius, Samuel: De jure compensationis, depositi et mandati

26. Strykius, Samuel: De jure successoris in revocandis bonis familiae

~~26a. Strykius, Jo. Sam.: De officio judicis circa pejeraturum vel otiose juraturum~~ identisch mit 20a, daher zu den Dubletten! Sr.

27. Strykius, Sam: De diversis sociorum pactis.

28. Strykius, Sam: De usu forensi lib 15 et 16. Dig

29. Strykius, Sam: De ~~collisione~~ collisione navium

30. Strykius, Sam: De conditionibus contractuum resolutivis

31. Strykius, Sam.: De contestatione et persecutione pignorum.

~~31a. Strykius, Joh Samuel: De privilegio appellationis Lubecensis~~ identisch mit 21, daher zu den Dubletten! Sr.

32. Strykius, Samuel: De obligatione filii familias

33. Strykius, Samuel: De jure assignationis inter mercatores

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-427697-p0007-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-427697-p0008-4

6 2,
1708 10

DISPVTATIONE INAVGVRALI

# IVRA FEVDIS VICINA,

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
REGIAE DOMVS SERENISSIMO PRINCIPE,
AC DOMINO,
**PHILIPPO WILHELMO,**
PRINCIPE BORVSSIAE, CETERA,

EX DECRETO
*ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS,*
PRAESIDE
**IOANNE PETRO Ludewig/ ICt.**
CONSILIARIO REGIO, IVRIVM AC HISTORIARVM PROF. ORDIN. ATQVE
ARCHIVARIO TABVLARII MAGDEBVRGICI,
PRO LICENTIA
SVMMOS IN IVRE HONORES
RITE CAPESSENDI,
RESPONDENDO
DEFENDET
**CHRISTIAN. LVDOV. Büttner/**
ARNSTAD. SCHWARTZBVRGICVS.

---

HALAE VENEDOR.
D. I. MENS. OCTOBR.

---

LITTERIS ZAHNIANIS
MDCCVIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-427697-p0009-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-427697-p0010-4

OPTIMO PATRIAE PATRI,
CELSISSIMO COMITI AC DOMINO,

DOMINO

# ANTHONIO GVNTHERO,

E QVATVOR S.R.I. COMITIBVS,

COMITI

DE

SCHWARTZBVRG ET HOHNSTEIN

DYNASTAE

ARNSTADIAE, SONDERSHVSAE,
LEVTENBERGAE, LOHRAE
ET CLETTENBERGAE,

HEROI

HEROI
MAGNANIMO, PRVDENTI, FELICI,
CAESAREAE STIRPIS PROPAGINI,
AVITAE GLORIAE
NON TAM HEREDI, QVAM NOVO INSTAVRATORI,
HERCVLI MVSARVM,
PRINCIPVM ERVDITIONE CLARORVM
SVA AETATE PRINCIPI
AVREI VELLERIS FELICI ARGONAVTAE,
VTRIVSQVE AEVI MONETARVM
THESAVRI INCOMPARABILIS
VNIVERSI ORBIS MEMORIA CELEBRATI
AVCTORI, STATORI, PRAESIDI
MVNIFICENTISSIMO SAPIENTISSIMOQVE,
DOMINO SVO CLEMENTISSIMO,
QVALECVNQVE HOC
SPECIMEN INAVGVRALE ACADEMICVM
IN BENEFICIORVM MEMORIAM
BEATO QVONDAM PATRI MEO EXHIBITORVM,
ATQVE
MENTIS GRATISSIMAE MNEMOSYNON,
SVBMISSISSIMO ANIMO
D. D. D.
CHRISTIANVS LVDOVICVS BVTTNER,
ARNSTADIENSIS.
DAB. HALAE VENEDOR.
IV. KALEND. NOVEMBR. CIƆ IƆCC VIII.

CONSVLTISSIMO LITTERATISSIMOQVE IVVENI
# CHRISTIANO LVDOVICO BVTTNERO,
I. V. LICENTIATO DIGNISSIMO
*Officia & Salutem*
PRAESES.

TAlem te exhibuiſti in utroque examine, quod tuorum profectuum cauſa nuper inſtituit ordo Jureconſultorum, ut litteris meis de induſtria tua & ſingulari in iuris arte progreſſu tibi necquicquam opus eſſe videatur. Collegae mei, uiri illuſtres & nobiliſſimi te cum adplauſu dimiſerunt & optima ſpe, fore, ut in curiis & cauſis prouinciam aliquam feliciter ſis exornaturus.

Egomet

Egomet certior tibi & litteris tuis propterea teſtis ſum; quod me frequentius uſus fueris inſtitutore & conſultore rerum, ſtudiis tuis utilium. Primam ingenii tui altricem Jenam habuiſti, ut huc ueneris primo iuris adparatu ſatis inſtructus, quem in Fridericiana excoleres, adaugeres perficeresque. Juris vero ſcientae praeterea adiunxiſti litteras humaniores & notitiam imprimis utriusque aeui nummorum. In quo ſtudii genere eo progreſſus es iuuenis, ut tibi diuinator ſim, fore, ut uir celeberrimos quosque eius antiquitatis indagatores ſis aequaturus. In qua laude eſſe uideris iure quodam hereditario.

Nam

Nam parentis tui, uiri quondam nobiliſſimi, Saxoniae Ducibus ab aulae conſiliis, ea memoria eſt, magno illum operi prima initia dediſſe. Scilicet principi ac nutritori ſuo, felix auctor fuit, ut otium, quod ipſi a reipublicae adminiſtratione ſupereſſet, cultui daret ac notitiae utriusque aeui nummorum. Horum enim aliquam copiam uir induſtrius collegerat olim, dum iter feciſſet per Italiam, Siciliam utramque, Galliam, Angliam omnemque Germaniam. Audit princeps conſilium fidiſſimi adminiſtri, & animi quadam inflammatione percitus ampliſſimum huius ſtudii curſum ingreditur. Ex euro & au-

ſtro euocantur antiquitatum eius generis periti magiſtri, & nummi e cultiori orbe uniuerſo conquiruntur congeruntur que. Nullis ſumptibus pepercit auguſtae proſapiae Princeps, ut ſemel coeptum adparatum augeret, ornaret redderetque inſtructiorem. Quare illud effectum eſt, ut Arnſtadienſe gazophylacium iamnunc maximis regum Europae cimeliis conferri, &, ſi non tam copiam, quam ſelectum, rarioris ſcilicet notae opes ſpectes, pluribus illorum queat anteferri. Verum tum demum patebit hic theſaurus orbi uniuerſo, ſi tabulae, quibus figurae nummorum inſcriptae ſunt, cum commenta-

mentario in lucem exierint, cui conficiendo eruditiſſimi uiri, quos indulgentiſſimus nutritor ex aliquo iam tempore aluit, plurimum iam dederunt uigiliarum. Accedit, quod non tantum ueteris Latii, ſed patriae etiam noſtrae & medii aeui monumentorum in illo ratio habeatur: unde publica Germaniae iura plurimum lucis poſſunt accipere. Quod uero inſtitutum difficilius longe; ſed tamen in Germania utilius quoque altero eſt, a paucioribus excultum, ut eius fere exordia Arnſtadienſibus Muſis debere uideamur. Commemoro haec, iuuenis conſultiſſime, non ſolum, quod principis tui gloria nihil

tibi prius eſſe poſſit nihilque antiquius; ſed etiam quod paternae memoriae ad te, utpote unigenam, omnis pertineat hereditas. Imo ita quoque habes, unde certiſſimam ſpem concipias, fore, ut indulgentiſſimus Princeps tuus ex Fridericiana reducem ſingulari te gratia excipiat & prouincia te exornet, in qua obſequii tui ſtudiique cultum idonea ratione illi queas comprobare. Vale, imo ualetudinem tuam cura diligenter. Cuius formulae te admonere debeo, ut temperes uigilias, ne uires in iuuentute atteras, quae increſcenti aetati ſolent decreſcere. Halae Venedorum, IV. Calendar. Nov. CIↃ IↃCC VIII.

# DE IVRIBVS, FEVDO VICINIS (a).

## CAP. I.

## DE COMMIXTIONE FEVDORVM CVM IVRIBVS GENERIS ALIVS.

### §. I.

*Mater confuſionis rerum* VICINIA.

VT rerum; ita quoque iurium confuſio matrem habet confinium (b). Agrorum exitus initiaque lapidibus diſtinguimus (c); urbes uallis ac



NEXUS *dicendorum.*

(a) Quae *indoles genuina* feudorum *uniuerſim* ſit, expoſitum eſt nuperrime. Verum tutam eſſe hanc doctrinam, non exiſtimabit pars aduerſa, niſi illius quoque ſententias reſpondeamus, quae noſtris contrariae eſſe, uidentur. Agemus itaque hic ex inſtituto, de *peruerſis feudorum definitionibus.* Quemadmodum uero cauſa errationis huius potiſſima in eo uerſatur; quod iura, feudis uicina, cum ipſis feudis commiſceantur: ſic danda quoque opera nunc eſt, ut indolem huius generis contractuum iuriumque ſigillatim indagemus; quo conſtet, ubi illi conueniant cum feudis & ubi differant ab iisdem. Dei numen adſit dicendis.

*Finitima facile confunduntur, quod exemplis docetur.*

(b) Rerum moralium non ignaris ſatis eſt intellectum, quam facile fieri poſſit, ut uitia ſe indumentis irretiant uirtutum ob cauſam uicinitatis. Hac in arte ſacri oratores ſe exercent, qui laudes defuncti mentiuntur ſiue adulationis cauſa ſiue quod tum officii ſui eſſe credant; uitiis ſpeciem induere uirtutum. In homine, qui perfrictae frontis fuerat & ſumme audax, illi fortitudinem extollunt: in prodigo atque effuſo liberalitatem: parſimoniam in auaro: iuſtitiam in iudice immani & quae ſunt eiusmodi. Quae enim in uno conueniunt: illa facile in altero inuicem confunduntur.

*Limites rerum finitimarum.*

(c) Romanos ſcriptores, qui de *agris* & *limitibus* diſtinguendis agunt, uno uolumine exhibet *Wilhelm GOESIVS*, cum ampliſſimo commentario & gloſſa *Nicolai RIGALTII.* Prouide an. CIↃ IↃCCVI. in hoc ducatu rex Poruſſiae, ubi non tantum agrorum ſpatia a geometris

foſſis, regna uarii generis arcifiniis (d). Quod omne fit, ne uicinia in ambiguo uerſetur. Eſt certe finium regundorum arte non minus opus in iurisprudentiae ſtudio (e): ne uel hic diuellamus coniungenda aut diuellenda coniungamus: quo nihil poteſt eſſe per-

---

explorata: uerum etiam hoc fine *mappae agrariae* feldcharten confectae ſunt, ut limitum regundorum controuerſiae iamnunc reſponderi in curia & camera rationum queant neque opus ſit impenſis ſumtuoſae uiſitationis aut inſpectionis, quam uocant, ocularis.

*Quod pretium diſtinctioni inter* limites territorii & populi?

(d) Curſim moneo, fruſtra diſſidia eſſe doctorum in deſcriptione finium noſtrae Germaniae. Hos enim ſi unus coarctat, alter uero magis illos profert; non eapropter alterutrum falſum eſſe, oportet: cum utrique conſtare poſſit cum ueritate, modo temporum interualla recte diſtinguantur. Nunc enim germanicae gentes, ad migrandum & inuadendum promptiſſimae, ſe in alterius ditionem effuderunt iterumque inde deiectae ac depulſae ſunt: ut fieri non potuerit, quin eosdem omni tempore fines conſeruarent. Illis enim egomet meum calculum non do, qui tum inter limites populi & territorii diſtinguere malunt, quam in patriae finibus uariare. *Arcifinia* enim alia neſcit ius publicum, quam ubi exit unius incipitque alterius ditio & imperium: ut mirum non ſit, illa cum hoc dilatari, iterumque adduci. Natura-

1 lia autem arcifinia in hoc argumen-
to ſomniis ego ſoleo accenſere.
Quis enim DEus unquam orbem
partitus eſt inter populos: aut ubi
legem alicui genti dedit, ut ſe in fini-
2 bus contineret, prout montes, ualla,
aquae, fluuii illos diſtinxiſſent. Ani-
lis ſuperſtitio, illi non diſſimilis, qua
clerici Carolo M. obſtiterunt, ne
Rhenum Danubio iungeret. Pec-
3 care enim illum, lepida ingenia ſen-
ſerunt, qui uel diuellat, quae con-
iunxerit natura; uel, quae diuulſe-
rit, coniuget.
(e) Memini lucubratiunculae
4 alicuius *de finibus regundis iurispru-
dentiae naturalis*; quod in hanc
diſciplinam plurima irrepſere, quae
ſibi uel ethica uindicat uel politica
uel etiam hiſtoria. Similem cen-
5 ſuram *ius canonicum* meretur,
quod praeter res eccleſiaſticas fal-
cem temere immiſit in meſſem iu-
ris ciuilis. Idem peccatum medi-
corum eſt, qui cum uulneris & ue-
6 neni naturales reſpondere cauſas
debeant; friuole ſaepius illi dila-
buntur etiam ad ea, quae ad poenam
uel augendam uel minuendam fa-
ciunt & prouinciae ſunt iurecon-
7 ſultorum. Adeo dulce eſt pluribus
ingeniis, extra oleas uagari.

*Opus eſt finibus regundis in ſtudio diſciplinarum.*

(f)

peruerſius, iniquius nihil, nihilque doctore ac iudice indignius (f).

*Praecipue* FEVDA *cum aliis iuribus* commiſcentur.

§. II. Nauſeant Icti hanc notam in feudorum inſtitutis (g). Haec enim non ſolum cum alius generis iuribus & contractibus usque diuerſiſſimis commiſcentur (h): ſed etiam illi iterum doctores, qui ad hunc errorem conſpirant, tantis inuicem quoque conflictantur diſſenſionibus (i); ut omnia infirmo

 loco

*Damna ex confuſione iurium.*

(f) In contractibus ſaepe ambigimus, utrum donatio ſit, an emtio: precarium an commodatum: depoſitum, an mutuum & quae ſunt eiusmodi. Verum enimuero uti ex confuſione horum contractuum homines tantum priuati damna ſentiunt: ita e contrario ipſa respublica patitur, ſi feuda cum allodiis, aut haec cum illis permiſceantur. Verum infra locum dabo peculiarem huic momento; quorſum lectores remitto.

*Feudorum & allodiorum frequens confuſio.*

(g) Superius *p. 5.* querelam uidimus *CVIACII* de hoc argumento. Qui etiam loca *VRSPERGENSIS* & *HVBERI, p. 3. n. 7. & 2.* prolata contulerit cum feudorum frequentia, quam nunc habemus: is haud dubie nobiscum ſentiet, feuda cum allodiis multoties commixta fuiſſe. Qui enim hodieque feudorum fere neſcia eſt *Friſia & prouincia Croningano Omlandica?* quod etiam teſtatur *Gerh. FELTMANNVS de feudis cap. 1. §. 1. n. 4. Holſatiae* nobilitas, ampla & opulenta, ſi quatuor aut quinque fundos exceperis, reliqua a feudis prorſus abhorret praediaque nobilium ibi ſunt prorſus allodialia. *Auſtriae* non minus & *Boioariae: Sueuiae & Franconiae: Haſſiae & Thuringiae: Vandaliaeque* feudorum indoles, quam illa uel etiam nunc habent, uel ſeculo habuerunt ſuperiori, ſiue ſucceſſiones ſiue alienationes ſpectes, clariſſime omnium docet; praedia ibi nobilium allodia fuiſſe indeque ſenſim ad feuda deflexiſſe, ut eiusmodi prorſus nunc eſſe, uideantur. Verum de his ſigillatim agemus in opere de *origine feudorum.* Conferri etiam illa huc poſſunt, quae habentur *p. 35. litt. k. p. 53. litt. l. & p. 57. litt. b.* ſuperius.

*Quae cum feudis confuſa?*

(h) Utpote cum *emphyteuſi; cenſiticis* agris; denen *laſsgütern; behandigungs gütern;* fideicommiſſis *familiae,* denen *Stammgütern; nouelletis,* dem neurent; *maioratibus;* perpetui temporis *locatione,* denen *erbpachten.* Conferantur *p. 51. n. 1. p. 52. litt. k. 53. litt. l.* Doctores, qui hos errores errant, nominabimus inferius & ſuo quemque loco.

*Notae parum cognitam eſſe indolem feudorum.*

(i) Multiformes definitiones certiſſima indicia dant, parum cognitae ueritatis. Quae enim bene perſpecta ſunt: illa quoque doctu ſimplicia & uniusmodi. Mater diſſenſionis

loco ſtare & opinionibus magis, quam recto iure feuda ſuſtineri uideantur (k). Nulli fere reipublicae (l) aut cu-

ſionis eſt ignorantia: ignorantiae plures cauſae, natura, culpa, dolus, ſi quidem eadem adfectata ſit. In quam uero claſſem tot doctores qui inuicem digladiantur, collocari mereant: id loca prodent, inferius aperienda. Conf. *p. 38. litt. k, p. 53. litt. l.*

*Differentia inter opiniones & ueritates.*

(k) Academicorum quondam gloriola fuit; illos artem callere, ut qualibet de re diſputarent in utramque partem &, hodie impugnare poſſent quaeſtionem, quam nudius tertius propugnauiſſent. Stupidos eſſe, oportet, qui non idem ſibi hodieque promiſerint de cauſis ualde etiam momentoſis, in iure publico & feudali. Prodam myſterium. Occurrit quæſtio, quam Cæſar adfirmat; negant ordines; utrinque prouocant ad conſuetudines imperio. In his diſſidiis qui hodie pro Caeſare dixi; cras ſtabo pro imperii ordinibus; utrobique ſtipatus exemplis & caſibus ex obſeruantia imperii. Scilicet ibi Carolingica, Henrici IV. & Fridericorum hiſtoria proderit; hic imperium Cunradorum; Caeſarum poſt fatale interregnum. Coniecturae coniecturis; opiniones opinionibus eliduntur. Idem in feudorum inſtitutis: ubi nulla ſententia tam peregrina & peruerſa eſt, quae reddi nequeat opinabilis, ſi laruae acceſſerint praeiudiciorum; cateruae ita ſentientium; neniae conſuetudinum; longobardici textus auctoritas, ſi is faueat, ſi minus, eius exauctoratio. His pigmentis nunc defendam feudale decretum; iterumque refellam & confutabo. Alia uia incedendum eſt illi, qui contendit ad ueritatem. Ut enim in publico iure forma imperii non ex ingenio effingenda; ſed ex ſtatu reipublicae cognoſcenda atque adſumenda eſt, quam ſemper deinceps in oculis habere oportet doctorem, ut, quod principio ſtatuit, in ſucceſſu etiam euentuque retineat: ſic praecipue in feudalibus prouidendum eſt, quae *genuina definitio* feudi; quae *eſſentialia* eiusdem ſint, quae uero *naturalia & accidentalia*; quae *præſumi* debeant in feudis & quae *probari*. Hoc uero ſemel ex aliis enarrauiſſe ſatis, non eſt. Reliqua enim exinde enaſci debent, ut fluuius ex fonte; e frutice arbor; e grano herba: ut fœtus matri, ultima primis ubique reſpondere uideantur. Et hoc, quantum fieri poterit, noſtri eſt inſtituti. Confer. *p. 16. litt. x. p. 35. litt. k.*

*Illis regitur ius publicum.*

*& feudale.*

*Aliud nobis inſtitutum.*

*Diuerſis regnis diuerſae feudorum rationes.*

(l) Actum eſt hac de re *p. 14. litt. r.* Quam uero diuerſa etiam ſit feudorum indoles in regnis diuerſis: in illis tamen, quae huic iuri eſſentialia ſunt, omnes reſpublicas, neceſſum eſt, conuenire In Galliis feuda alienantur, ad arbitratum uaſalli inſtar patrimonii *Joh. RAYNAUDUS* Ictus Auinionenſis (an. 1420.) *cap. 1. feudorum n. 29.* imo nihil impedit, quo minus ibi in feudum

curiae; hic cum altera conuenit (m). Quid? quod magis eſt, eiusdem etiam fori iudices in diuerſiſſima abeunt, quoties clientelarem reſpondere cauſam debent, non quotidiani argumenti (n).

§. III.

dum detur proprietas & plenum dominium *Carolus MOLINAEUS conſuetudinum Galliae tit. 1. de fiefs n. 115. p. 27.* quod in Germanis eſt inauditum: quemadmodum etiam illud, quod feuda ad dominum redeant, ſi ſucceſſor ſit minorennis, quod tamen moribus Angliae conſtitutum eſt *Joh. COVVEL lib. 1. inſtitut. iur. Angl. tit. 17. 19. 21. 22.* & in *DISSERT. de iure ualetudinarii militum emeritor. §. 15. p. 116. n. 6. OBRECHT. de impenſ. ad bell. cum Turc. p. 45. n. 61.* imo uero etiam antiquo Saxoniae iure *REVSNER. in adpendice feud. p. 44.* Unde firmiſſimum eſt filum conſecutionis; ad definitionem ſiue *eſſentiam* feudi non pertinere *dominium utile* in re aliena uel etiam nunquam *interrupta* ſucceſſio. Poteſt legislator ſolennia addere aut detrahere contractui emtionis: conuentum pretium tollere in illo non poteſt: ſic fruſtra precarium dixeris, quod, non integrum eſt, reuocare.

*Differunt etiam in feudis prouinciae Germanicae.*

(m) Falſiſſimum eſt *duplici* iure regi omnem Germaniam: *Saxonico* & *Sueuico*. Ut enim ſex habuit respublicas Germania principio imperii ſui: ita etiam totidem fora, leges, iudices ſupremos. Ut ciuilia taceam, patet hoc etiam in feudalibus. Ex quo autem harum rerum publicarum aliquae in plures ite-
1 rum partes diſiectae ſunt: factum eſt,
ut etiam domini illarum legislatores agerent & multiformia magis
redderentur tum alia iura, tum feudorum inſtituta. Sic in *Franconiae*
2 feudis aſcendentes primi etiam acquirentis eiusque collaterales ſuccedunt *Petrus Rodericus DEMERADT in faſcic. iur. Francon. Different. 14. part. 3. p. 152. n.* quod idem
3 quoque fit in feudis Zutphanienſibus *Frider. a SANDE in comment. conſuet. Geldr. part. 2. p. 65. n. 20. Simon uan LEVWEN in cenſura forenſi lib. 2. c. 22. n. 12. p. 218.* Vetuſtioris Po-
4 meraniae inſtitutis inueſtitura non petitur, uaſallo mutato, ſed tantum mutato domino, quod me docuit *CODEX mſct.* Nullo itaque iure uel *ſucceſſio* feudorum uel *inueſtitura*
5 inter eſſentialia refertur inſeriturque feudorum definitioni. In quo tamen errore plurimi uerſantur. Confer. *p. 13. & 14. litt. q.*

*Eiusdem curiae diſſenſiones in feudis.*

(n) De illis qui feudalia iura re-
6 ſpondent aut docent *p. 4. litt. e.* & *p. 11. litt. o.* actum eſt plenius. Si quis exemplum a nobis exegerit illorum, qui in iisdem curiis ſedent; ſed tamen in cauſis feudalibus, maximi
7 etiam momenti, inuicem frequenter diſſident: illi Saxonicos iure conſultos commendo. *CARPZOVII* & recentiorum doctrinae feudales maximopere differunt ab inſtitutis *PISTO-*

*Multiplicia inde* GENERA *definitionis feudorum.*

§. III. Exemplo id poteſt doceri infinitorum diſcriminum, quae iactari ſolent de genere definitionis. Ut autem ordine ſcribam in ſuas diſponam claſſes cunctarum fere opinionum farraginem (o). In PRIMAM earum illos colloco, qui REM ſpectant, in feudum exhibitam (p) propterea que feudum deſcribunt

*PISTORII* & ueteranorum. Quos tamen ego praeferre ſoleo auctoritati illorum: quod ueſtigia habeam luculentiſſima, in peius iuiſſe omni tempore feudorum rationes. Ob easdem cauſas, ſi rem ipſam intueor, me plura mouent, ut ſpeculatorem Saxonicum propius ad indolem feudorum genuinam accedere dicam: quam Auguſti & aliorum electorum nouiſſimae conſtitutiones. In quibus allodialia iura feudalibus multoties inſperſa fuiſſe, reperio & ſuo loco inferius demonſtrabo. Specimen diſſentium in uno collegio Ictorum de grauiſſimo iuris clientelaris argumento, habes apud *Petr. uon HOHENHARD im Preuſſiſchem Neuburg part. 3. §. 15. p. 188.* Cui libello tantum tribuit nuperrime in epiſtola ſua *illuſtrisſimus comes de METTERNICH*, cauſae iſtius legatus & actor, quantum ſibi nullo tempore arrogauerit ſcriptor lucubratiunculae. Sint Deo gratiae, ſi qua parte iuſtam ſapientiſſimi regis cauſam illa promouit.

*Qui collegere uarias feudi definitiones?*

(o) Syllabum habe illorum, qui uarias feudi definitiones diuerſorum doctorum recenſent ſimul atque confutant. SEX eorum enarrat *Nicol. MOZZIVS cap. 1. feud. ap. 4. ad 7.* NOUEM adfert *Nic. INTRIGIOLVS Quaeſt. feud. 1. ap. 4. ad 12.* QUINQUE *Cunradus RITTERSHVSIVS lib. 1. feud. c. 3. ap. 55. ad 66.* totidem fere *Henricus BOCERVS Synopſ. feud. th. 2. p. 2.* ſummatim tamen, quod etiam facit *Valentin. ARITHMAEVS diſp. 2. §. 3. Ioh. COPPEN* Feud. obſeru. I. ap. 9. ad 16. DECEM recenſet breuiter, ſed curate & luculenter: in SEPTEM inquiſiuit *Wilhelmi LVDWELLVS ſynopſ. feud. c. 2. p. 23-30.* *inque totidem Ierem SETZERVS in arbore feud.* eiusque commentator *Petr. Elias SCHROETERVS diſp. 1. feud. a. §. 15. p. 18. ad §. 20. p. 37.* neque pauciores attigit *Gothofr. SVEVVS diſp. fend. 2. §. 1. p. 3. Faber CANTERELLVS de l' origine des fiefs p. 225.* recitat, ſuo tamen iudicio non aeſtimat ſeptem. *HVNNIVM p. 57. litt. 6.* laudauimus, qui totidem aut ſi largius eas numeraueris nouem diſputat refellitque. Taceo alios, minus foecundos. His enim litigiis ſyſtemata feudalia in immania uolumina excreſcunt: quae tamen, ſi otioſa reſecueris, in paruulae molis libellos facile rediguntur.

*Genera, ex* RE *feudali petita.*

(p) Quod multiplex uocis feudi ſignificatus cauſam dederit uarietati generum definitionis, id quidem dictum

bunt per bonum *immobile* (q); fundum aut *praedium* (r): quod tamen non ſolum multoties fallit; ſed etiam uim adfert germano uocis ſignificatui.



dictum eſt *p. 59. litt. e. f. & p. 67. litt. s.* Hoc ordine collocabimus, quotquot feudorum definitiones fouent, noſtrae aduerſas: ne exemplo aliorum doctorum, quorum nomina *p. 80. litt. o.* dedimus, omnia turbate effutiiſſe, uideamur. Quod uero *primum* ſpectat, ubi feudum per REM ſiue materialem cauſam definitur; id poteſt illuſtrari exemplo *pignoris*. Hoc enim finitur aut per REM aut per ius, generis loco poſitum. Illo intuitu pignus eſt RES *in ſecuritatem debiti obligata*: hoc autem *pignus eſt ſecuritas debiti, creditori in re conſtitutum, Reinh. BACHOVIVS cap. 2. de pign. p. 4.* Sic feudum uel eſt *fundus*: uel ius in illo fundo, *dominium utile*.

*Feudi genus an res* IMMOBILIS?

(q) Eſt definitio *Franciſci DVARENI, cap. 2. conſuet. feud. p. 311. opp.* quae ſequitur: *Feudum eſt res immobilis, quae fidei gratia certo modo alicui fruendi* (non ſimpliciter fruenda, ne uideatur uſusfructus) *conceditur*. Tueri uidentur hanc definitionem, quod 1) feudum accipiatur pro re in feudum conceſſa idque fiat in ipſis feudorum inſtitutis *p. 59. litt. f.* 2) ita etiam accipiatur in iure Romano pignus *l. 1. ff. de act. pignoratitia*, ſupra *p. 59. litt. e. p. 81. litt. p. n. 3.* 3) eſſentiale feudi bonum immobile: fieri enim non poſſe, ut hoc in re mobili, pecunia & quod eſt eiusmodi conſtituatur, idque adfirmari

*Affirm. Ratio 1) prima.*

*2) altera*

*3) tertia*

1 auctoritate textus *2. F. 1. §. ſciendum, feudum nonniſi in rebus ſoli aut ſolo cohaerentibus aut in iis, quae inter immobilia conferantur, ueluti cum de camera aut cauena feudum*
2 *datur, poſſe conſiſtere.* 4) in re mobili proprietas uſu conſumatur, quae tamen ſalua eſſe debeat feudi domino *Franc. SONSBEC. part. 1. feud. n. 15. p. 22.* 5) eapropter aliqui do-
3 ctores explicationis cauſa adiungant, *rei immobilis uel aequipollentis* conceſſionem, feudum eſſe dicendum *Vdalric. ZASIVS part. 1. feud. n. 3. p. 4.*

*4) quarta*

*5) quinta.*

4 (r) Hac etiam cauſa *Eguinarius BARO lib. 2. feud. tit. 1. p. 73.* ſcribit; *Beneficii ſubſtantiale eſt, ut in rebus, ſolo cohaerentibus conſiſtat, ueluti in fundis & annuis reditibus, ex his prae-*
5 *ſtandis: aut in illis rebus, quae inter immobiles habentur, quamuis neque immobilibus cohaereant: aut in penſione annua ex aerario, ex menſa uectigali, ex menſa argentaria, quas ca-*
6 *meram, cauenam, caneuam uocant. Sic apud Bituricenſes artilleria, cuues a uin inter immobilia habentur.* Unde ei definitio: *feudum res eſt ſoli, fidelitatis nomine utenda data, reten-*
7 *to dominio.*

*An genus feudi res* SOLI?

(s) Argumenta, quae aduerſa ſunt generi definitionis, a RE ſiue *materia* feudi repetito, ordine nunc dabimus ſummatim tamen. Principio eius 1) Quod generis definitores mihi quidem ceu ſu-

CONFVTATVR *utrumque.*

*1) Quod* MATERIA *non*

*II, a* MODO.

§. IV. ALTERAM deinde abſoluunt illi, qui MODVM huc trahunt feuda conſtituendi. Horũ aliis feudum audit *con-*

FORMA *rei.*

cenſuram *CVIACII lib. 3. feud. tit. 1. p. 720.* necquicquam effugere poſſe, uidentur. Res eſt materia feudi. *Multum autem intereſt inter materiam feudi & feudum. Imperiti philoſophiae iurisque, id, quod traditur poſſideturque, tantum ſpectant, dum feudum definiunt eſſe rem immobilem.* Fruſtra enim eſt *Cunr. RITTERSHVSIVS lib. 1. c. 3. p. 61.* qui dicit, hoc Cuiacii iudicium nimis aſperum eſſe: quoniam leges Romanae pignoris nomine pariter utantur, pro RE pignoris loco data, *p. 59. litt. e. p. 81. litt.* p. Quaſi uero hoc ſummo Icto fuiſſet ignotum? Aliud tamen eſt, feudum rem immobilem *dicere*: aliud feudum per rem immobilem *definire*. Primum leges faciunt: ultimum inepti ac imperiti definitores. Merito itaque pinguioris hic philoſophiae illos incuſant *Ioh. BORCHOLTEN cap. 1. de feud. n. 11. p. 5. VVLTEIVS lib. 1. feud. c. 2. n. 6.* & in *diſceptationibus ſcholaſt. c. 19.*

*2) aduerſ. ſignif.*

Deinde grammaticus etiam *feodi* ſignificatus, quo alimentum denotat *p. 20. litt. g.* non rem, ſed commoda rei uult, in quibus alimenta uerſantur *p. 61. litt. i.* Praeterea, qui *p. 20. litt.* perlegerit, eum, putauerim dubitaturum non eſſe, feuda quoque conſtitui poſſe in re mobili. Uti enim ſalaria noſtra nunc ex hoc iterum ex alio fundo nobis ſoluuntur, augentur etiam minuunturque, prout in utroque uariare placuerit principi aut reipublicae: ita parum

*3) Feudum ing. re ſubſiſtat etiam* MOBILI.

1 etiam referre, exiſtimo, ſiue feuda in
praedii certi reditibus conſtituantur, ſiue liberas principes manus habeat, fidelitatem mercede ac ſtipendio remunerare. Quid? quod di-

*quod plena probatur 1) exemplis*

2 plomata ſatis multa ſuperſint, unde conſtat; ſeruos & ancillas in feudum conceſſos fuiſſe; quale habes apud *Chriſt. BROWERVM lib. 3. antiq. Fuld. c. 16. p. 260.* ſed plura conducam ſuo loco. Imo feuda in
3 nummis conſtituta cognoſces ex alio diplomate an. 1145. apud *TOLNERVM in diplomat. Palatinat. p. 44.* ut fruſtra ſint doctores, qui recen-
4 tioris demum aeui moribus hoc genus feudorum exiſtimant conſtitutum eſſe, ut *PRVCKMANNVS uol. 1. conſil. 2. n. 273. Conſ. 28. n. 34. Conſ. 34. n. 30. Conſ. 48.* inprimis *n. 130.*
5 uel de iisdem hodieque dubitant *TREVTLERVS Conſ. 106. n. 7.-10.* Ceterum *Iacob. SCHICKFVSIVS lib. 1. de feud. Sileſ. c. 1. n. 9. c. 2. n. 9.* caſum his uerbis profert: *exemplum feudi*
6 *in re mobili aut pecunia conſtitutum uidimus in Iohanne de Burckdorff in Poldozigk, cui an. 1597.* quadraginta millia Ioachimicorum *Seren. Elector Brandeburg. obtulit & reſignauit in*
7 *feudum.* Marchiae etiam conſuetudines ſingularem titulum habent von Geld austheilung der Lehne. Daß das geld / wenn es gleich nicht wider kan an lehen geleget werden / 
8 dennoch lehen verbleibe *Lamb. DISTELMEIER part. 4. tit. 25.* quod ualde exercuit ingenia commentatorum iuris

*2) ſtatutis*

*contractus* (t) isque nominatus aut innominatus, id eſt, formulis romanis non ſigillatim notatus ac defini- quod *contractus.*

B 2 tus

*ſ) doctoribus.*

iuris Brandenburgici, *Ioach. SCHEPLITIVM part. 4. lit. 25. p. 535. Ioh. COEPEN deciſ. 18. p. 32.* Extraneos etiam doctores in utramque partem laudauit *Gothofr. ANTONIVS diſp. 1. §. 2. litt. d. p. 18.* Modo tamen poſſeſſorem ac dominum pecuniae nexus teneat fidelitatis. Hoc enim diſſoluto, cauſa haec exulabit e curia feudali. Lumen etiam dare poſſunt huic controuerſiae *Salmaſii* diſcrimina *utrum in mutuo transferatur dominium. p. 30. litt. z. p. 49. litt. e*

*Diſſolut. contrariorum.*

His dictis, contraria argumenta uel concidunt prorſus uel diſſolutu ſunt quam facilima. *Ad 1. & 2.* Non hic quaeritur, quomodo adpellari poſſit feudum; ſed quis ſignificatus proprius feudo; unde id queat definiri. *Ad 3.* Textus loquitur de *naturalibus* feudi; non de *eſſentialibus.* Id eſt Itali de indole hominis Itali: necquicquam de hominis eſſentia. *Ad 4.* Error eſt, in feudo beneficia neceſſario perdurare. Soluis hodie Titio duo millia aureorum, ea lege, ut tibi deinceps ſit uaſallus ab officiisque fidelitatis. Durabit nexus, nummis licet uſu conſumtis. *Ad 5.* Figmentis opus non eſt. Liberas Titium a morte, ſub nexu perpetuae fidelitatis. Ubi hic res, immobili aequipollens? Infra de hoc plenius in argumento, *quae res in feudum queant conferri,* aut clarius: *qua* demum *re acquiri poſſint officia fidelitatis?* Summatim, quodcunque demum beneficii genus, ſiue illud in re im-

1 mobili uerſetur ſiue minus: ſiue con-
ſtans ſit, ſiue tranſiens; ſiue corpus
ſit; ſiue umbra, habile tamen reme-
dium eſt, feuda conſtituendi. Ut prin-
cipis officialium alii ad ſalaria uo-
2 cantur: alii uero paſcuntur ſpecie
inanium titulorum granditate.

(t) Hanc ſententiam, aliis eius-
dem patronis plenius longe planius-
que defendere, inſtituit *Cunradus*
3 *RITTERSHVSIVS lib. I. cap. 3. a p.*
*62. ad p. 66.* Argumenta, quare plu-
rimis illa opinabilis ſit, enumerabi-
mus. Sunt autem haec. *Primo*
auctoritatem ei conciliant ex iure
4 feudali. Nam 2. F. 87. dicitur: *In*
*beneficiis, ut in ceteris contractibus*
*praeſcriptiones currere. Reſp.* A-
liud eſſe, feuda quandoque contra-
ctum dici, quod dedimus *p. 60. litt. g.*
5 aliud uero *proprie* ſic dici, ut genus
eſſe poſſit contractus definitionis.
Primum ex iure feudali patet; non
uero alterum. Ut taceam, legales
definitiones quandoque peſſimas eſſe
6 *p. 26. n. 2. p. 27. litt. s. n. 1. 2. p. 56. litt.*
*a. p. 66. litt. r.* hanc uero ſententi-
am poſt titulum 73. reperiri, qui iu-
ſtitiae ſacerdotibus ſunt apocryphi.
*Deinde* contractus quoque in legi-
bus Romanis prodi exiſtimant ſigni-
ficatum, qui feudorum indoli re-
7 ſpondeat. Nam *l. 19. ff. de V. S.* tri-
um uerborum ſenſus diſtinguit his
uerbis: *Quaedam aguntur; quaedam*
*geruntur; quaedam contrahuntur.*
*Et* ACTVVM *quidem generale uerbum*
*eſt, ſiue uerbis ſiue re quid agatur, ut*
*inſti-*

*Feudi genus num* CONTRACTUS?

Ratio *affirm. ab 1) auctoritate textus.*

*2) Romani iuris ſignificatu.*

*nominatus.* nitus (u). Quamuis uero in Germanis id forte diſcrimen nullius ſit momenti, cum moribus auitis uiuamus

*in ſtipulatione uel numeratione, mutuo:* CONTRACTUM *ultro citroque obligationem, quod Graeci συνάλλαγμα uocant, ueluti emtionem uenditionem; locationem; ſocietatem:* GESTUM *rem ſignificare ſine uerbis factam, ut negotiorum geſtio, geſtio rerum pupilli.* Quod ſi igitur feuda mutuam obligationem habeant *p. 74. litt. a.* ſermone quoque Vlpiani, Icti in uerborum ſignificatibus tantopere adcurati *Scip. GENTILIS libr. 1. parerg. 3.* feuda contractus dicendos eſſe. R. Vlpianum loqui de iure *ad rem*; non uero *in re*. In altero autem non primo uerſari feudorum rationes *p. 60. litt. h.* Neque enim feuda uel *actus* ſunt uel *geſta* uel *contractus 2. F. 23.*

*3) Feuda contractu conſtituantur.* *Praeterea* etiam feuda emi, dicunt: eſſe itaque feuda in numero contractuum. Reſp. Emtione ius ad rem tantum acquiritur; ſed res emta inſecuta demum traditione: ita neque feudum alia ratione acquiritur, quam traditione feudali, quam adpellamus nomine inueſtiturae. Taceo; *donari* quoque feuda; *ſtipulatione* & *praeſcriptione* acquiri: qui modi contractibus hiſce aduerſi. In definitione autem ſingula eſſe debent κατ' οὐσίαν; quae in nullo feudi genere debent abeſſe.

*4) Feudum accipiatur pro contractu feudali.* *Denique* feudum tamen accipi dicunt in ipſo textu iuris feudalis pro feudali contractu *p. 60. litt. g.* Reſp. Verum aliud eſt, feudum *dici* contractum per καταχρῆσιν? aliud uere eſſe contractum, quod negatum eſt *p. 61. litt. i.*

*5) Plurimos doctores ita ita ſentire.* Ad *extremum* ſententiam tueri uolunt numero & auctoritate ita ſentientium. Hoc fine *Ludolfus SCHRADERVS part. 2. c. 2. n. 1. 2. Curtium* nominat *Albert. Brunum; Io. Iac. de Leonard; Matth. ab Afflictis: Matth. WESENBECIVS cap. 2. feud. §. 6.* laudat *Baldum; Clarum; Mudaeum.* Quorum ipſorum nomina *Conr. RITTERSHVSIVS lib. 1. feud. cap. 3. p. 62.* extollit, praefertque illos ut huius certaminis anteſignanos. Reſp. Centonem habiturum eſſe, nullibi cohaerentem, qui calamum addixerit ſententiis aliorum. Noſtris pedibus ire hic lubet; reiectis doctorum cothurnis. Ut taceam, doctores doctoribus nullo hic negotio opponi.

*Feudum an contractus nominatus?* (u) *Tria* ſunt, quare inutile iam uideri poſſit huius argumenti diſputatio. *Primo* enim ſi feudum contractus non eſt, quod *p. 83. litt. t.* uidimus, neque uel innominatus erit uel nominatus. *Deinde* cum feudalia iura, quae nunc habemus, romanis incognita fuerint: non eſſe uidetur, quare conuentio feudalis inibi perquiratur. *Poſt* cum argumenta contractuũ moribus patriae reducta ſint ad *naturalem ſimplicitatem*; parum forſitan eſt utile: de genere contractus Romani ſolicitum eſſe. Verum repono ad 1) quamuis feuda contractus non ſint, negari tamen non poſſe, contrahi mul-

mus,hodieque ſtare ſciamus omnis generis conuen- to

*Cauſa utilitasque diſputationis, feudum eſſe contractum*

multoties de feudo conferendo: ad 2) ſi pacta; ſi conſuetudines; ſi ius ſcriptum non ſint, in curia quoque feudali ciuiles leges audiri, qua de re ſuo loco: ad 3) eſſe tamen doctores, qui in obligatione contractuum Romanos *κατὰ πόδα* ſequuntur. Scilicet iura Romana, haud dubie, quod Itali faciles linguas & leues plerumque animos haberent, non ex quacunque ſtatim conuentione eoſdem obligarunt; ſed illa tantum, quae rite peracta eſſet, hoc eſt, ad formulas legum, *re, uerbis, litteris, nominibusque* conſenſualium contractuum definitas. Si quis autem alio ſe modo obligauerat, in nexu is fuerat *naturali:* non autem *ciuili,* quia nullus eum iudex cogebat, ut ſtaret conuentis. Pertinent huc *L. 10. C. de pact. ex ſimplici pacto actio non naſcitur. L. 27. C. de locat. cond. ſi conuentio placiti tantum fine ſtetit neque ſtipulanti ſpoſpondit, actio non datur.* Quod ſi ergo Titius & Caius ſimplici & nuda uoluntate, conuenerint inuicem, ut dominus eſſet unus; uaſallus uero alter, ſine ulla uel *rei* traditione; uel *ſtipulatione;* uel ſcripto *inſtrumento:* cauſam id quaerendi dedit, an forenſis exinde ſit obligatio? Dubium hoc eſſe dicunt leges: quia nonniſi *formularis* conuentio in foro det actionem, non uero *nuda* uel ſimplex. Neque enim eſt, quod ſolum *conſenſum* hic urgeas, quo facto, *conſenſualis* ſit contractus iure etiam Romano ualidus. Tiro quippe reſpondebit ex

1 legibus Romanis: nullos' *conſen-*
*ſuales* contractus obligationem pro-
ducere forenſem; quam illos tan-
tummodo, qui ad id ſpeciali priuile-
gio mnniti propterea que certo ad-
2 pellati nt nomine *emtionis, loca-*
*tionis, mandati, ſocietatis §. 1. I. de*
*obligat. ex conſenſu:* in reliquis autem
nudum conſenſum, pactum ſimplex,
aut conuentionem in ſe neminem
3 iuris uinculo deuincire. Qua ra-
tione neque uaſallus haberet neque
dominus, quo actione ius ſuum ſi
alteruter inde reſilire uellet, inuicem
proſequerentur. Verum tamen in-
4 ſtas, illos etiam contractus, ubi nul-
lum ſingulare nomen, mutua ſo-
lum praeſtatio ſit, ciuilem tamen &
obligationem producere & *actionem*
ſiue in *factum* ſiue etiam *praeſcriptis*
5 *uerbis* cognominatam *l. 1, 2. 3. de*
*praeſcript. uerb. & in factum actio-*
*nib.* qui propterea audiant innomi-
nati: atqui genus contractuum,
*do* ut *facias*, in feudis perpetuum
6 eſſe, ubi *detur* beneficium, ut *facias*
uaſallus ea, quae pertinent ad officia
fidelitatis *p. 74. litt. a.* Parum itaque
primo intuitu intereſſe, uidetur, ſiue
feuda *nominati* contractus *conſen-*
7 *ſuales* ſint; ſiue *innominati:* illos enim
*ſpecialia* nomina ſuſtinere; hos au-
tem ſuſtinere mutuas praeſtatio-
nes, *συναλλάγματα:* utrumque fieri
ſub uinculo iuris ciuilis. Maximi
8 tamen diſcriminis momentum ſe
in eo prodit, quod Romana iura ut
in quibusque aliis innominatis
contractibus ſic etiam in eo, quem
per

*eumque b) nominatum.*

to (x): ſi tamen hanc cauſam uel in ipſo Latio reſpon-
de-

per *do ut facias* ſignificamus , actio-
nem ſupra proditam tum demum
permiſerint: ſi iam aliquid geſtum
fuerit, id eſt, uel beneficium dederit
dominus uel fidelitatem iurauerit
uaſallus. Quid? quod magis eſt, licet
alteruter conuentionem adimple-
uerit, id eſt, uaſallus iurauerit fide-
litatem ; dominus uero nondum ei
tradiderit beneficium: poenitentiae
tamen aut reuocationi adhuc locus
*l. 1. §. 4. ff. de rer. permutat.* ſuffe-
ceritque irritum eſſe, quod promi-
ſiſti, ob cauſam non ſecutam. Unde
patet, *innominatos* contractus non
obligare: niſi facti ſint *reales* , inſe-
cuta rei traditione aut praeſtatione
ſiue facto uel uerbales, *ſtipulationis*
interceſſu. Contra ſi *feudum* eſt
contractus *nominatus:* tum eo mo-
mento obligati ſunt dominus &
uaſallus, quo inuicem de dando &
faciendo conſenſerunt. Breuiter:
*ſi feudum eſt* PACTVM, *nullo tempore id
obligat: ſi eſt contractus* INNOMINA-
TVS, *obligat, ex quo uel ſtipulatum uel
praeſtitum eſt id , quod conuentum:
ſi uero* NOMINATVS , *conſenſus ſufficit
ad mutuam obligationem , utcunque
is fuerit declaratus.* Haec in gra-
tiam diſcentium repetita ſunt ex
iure Romano , ne forte exiſtiment
uerbis tantum hic ludi ; rei ipſius,
utcunque ſtatueris , intereſſe pa-
rum.

*Non uero innominatum.*

(x) Ut meo etiam iudicio utar in
re, tantopere inter Ictos controuer-
ſa; ita ſoleo ſentire. *Moribus Ger-
maniae quaeuis pacta etiam ciuiliter*

*An pacta nuda obligent? affirm.*

1 *obligant; modo conſtet de conſenſu pa-
ciſcentium, nihilque refert, quomodo-
cunque ille ſit declaratus.* Porro,
*contractus quoque innominati ſolo
conſenſu obligant, inſtar nominato-*
2 *rum; quamuis nulla neque datio in-
terceſſerit, neque factum.* Quod
probo. Nam *primo* Germani ante
contraxerunt; quam decreta acci-
perent iuris Romani. Cum itaque
3 olim ſimplicia pacta eos obligarint,
quod ratio uult *l. 1. ff. de pactis*, illis
per leges Romanos derogatum non
eſt: quia hae receptae ſunt in ſub-
ſidium , ſaluis patriae conſuetudi-
4 nibus. *Deinde* ut ratio legis, anima
legis; ſic etiam minus opinabile
eſt , eo loco receptam legem eſſe a
iuſtitiae antiſtitibus, ubi reperiun-
tur, quae rationi eius uidentur eſſe
5 aduerſa. Ea certe Germanis elogia
ſunt, a candore , ſimplicitate, gra-
uitateque dicendi repetita. *CLVVE-
RVS German. antiq. lib. c. 19.* & ipſe
*TACITVS annal. 6. c. 4.* & *de mor.*
6 *Germ. c. 24.* ut conſequens ſit, illos
lente de re aliqua conueniſſe, ſtetiſſe
autem conuentis firmiter. Con-
tra Itali faciles ſemper & uolubiles.
Quare neutiquam largior, quod pu-
7 tant *GVDELINVS iur. nouiſſ. lib. 3.
c. 5. n. 10.* & *SCHILTERVS Diſſ. 8. ad
ff. p. 295.* quaſi recentior demum aetas
ſiue ſecula poſteriora id correxerint.
*Poſt* inſignem uſum in iure *paroe-*
8 *miae* habent : ſed uulgi apud nos
ſermo hodieque ; ein Wort / ein
Mann. Illud etiam , halten iſt
bauriſch / certum mihi indicium eſt,
con-

*An locus poenitentiae in contr. innominatis? Negat.*

*Rationes 1) LL. Rom. ſubſidiariae.*

*2) alienae a grauitate Germanorum.*

*3) aduerſae noſtris paroemiis.*

derem, pacta de feudo in claſſe collocarem contra-
ctuum

conuenta quaeuis obligauiſſe moribus priſtinis, quos tamen migrare poſtea inſtituerunt homines peregrina iura docti ad circumueniendum plebem. 4) *& moribus uulgi.* Quid? quod hodieque auitae indolis Germanus iniuria ſe adfectum iri exiſtimauerit, ſi quis promiſſoris nudo uerbo ſtare nollet, ſed formula eundem urgeret Romanae ſtipulationis. Addunt huic ſententia robur diplomata medii aeui. 5) *diplomatibus* Patet enim ex illis; ſcripſiſſe Germanos cum alios contractus tum feudales maxime, non quod *litterae* aut *ſtipulatio* iuris demum uincula illis adderent, aut nuda pacta quodam modo veſtirent: ſed tantummodo poſterorum cauſa, ut apud hos quoque eſſet probandi ea remediū. Inde formulae: *cum memoria hominum labilis ſit & facile eorum olim obliuio fieri poſſit, quae hodie placuerunt* (non quae ſtipulatione aut ſolennibus litterarum perfecta demum ſunt): *ideo teſtamur praeſentibus & futuris nos in hunc modum contraxiſſe.* In contractibus quoque *innominatis, dandi* uel *faciendi*, ſolus *conſenſus* ſuffecit, quin illi reuocari poſſent. Nullibi enim reperimus, uel ad *factum* uel ad *dationem* prouocatum eſſe, ne alter contrahentium *poeniteret* aut reſiliret. Quae enim *Ioh. SCHILTERVS Diſſert. 8. ff.* §. 7. de teſtibus habet, qui antiquis Thuringiae moribus in contractu adhibiti ſunt, illud pertinet ad probandum contractū; non uero ad *conſeſſi* contractus firmitudinem, de qua hic

1 inſtituta quaeſtio. Accedit tandem doctorum patriae conſenſus; 5) *atque doctoribus.*
quorum, rationi ac moribus concinna auctoritas maioris mihi fit, quam numerus centum aliorum, qui
2 Italici iuris ueſtigia coeco greſſu ſequuntur. Conſentiunt autem nobis uir illuſtris, *S. STRYKIVS de cautel. contract. Sect. 3. cap. 5. §. 5.*
3 *cap. 6. §. 1.* & ante illum *GROTIVS introduct. iur. Belg. lib. 3. part 1. §. pen. GVDELINVS lib. 3. iur. nouiſſ. c. 5. n. 9. cap. 7. n. 17. 20. ZYPAEVS Notit. Belg. iur. de contrah. Stipul. L. 8. p. 105*
4 *CHRISTINAEVS uol. 2. decis. 92. RITTERSHVS. in diff. iur. ciuil. lib. 3. c. 1. WESENBEC. in parat. ff. de pact. n. 9. KLOCKIVS conſil. 123. n. 24. 25. BERLICHIVS dec. 96. fin. GROEN-*
5 *WEGEN ad lib. 3. Inſtit. tit. 20. §. 19. p. 47. 48. ad lib. 2. C. tit. 3. leg. 13. p. 424. CARPZ. 2. 33. def. 26. HOPPIVS* ad §. *21. I. de obligationibus p. 687.* 7) *iuri etiam canonico*
*693.* Ad extremum non leue etiam hic
6 momentum illud eſſe, exiſtimo, quod pactis nudis forenſem quoque obligationem ſtatuiſſe uidetur ius canonicum *cap. 1. X. de pact.* Atqui
7 hoc ante ualuit in Germania, quam ciuile Romanum agnoſceretur: illo neque hodie in ciuilibus cauſis ſublato inter proteſtantes. Vid. programma **Von Verbeſſerung des Kirchenrechtes** §. 8. p 13. Summa-
8 tim mihi quidem iudex Germanus, cuius pace ludere cōuentis licet ad anticyras deportandus aut, quae patriae ſupplicia in maleficos, κυνοφορία plectendus eſſe uidetur, usque

for:

ſtuum nominatorum (y); quamuis illa, quae ita ſentien-

ſordibus peregrini inſtituti relictis, ad frugem Germanae fidei redierit.

*Pacta de feudo num contractus nominati? Negati*

(y) Qui autem contractus *feudalis* dici queat NOMINATVS, breuiter etiamnunc exponemus, idque gratia Italorum. Innominatis accenſent feuda *BALDVS in rubr. Cod. de permut.* quoniam *primo* omnes contractus conſuetudine ac uſu, non lege ſtabiliti exulent a nominatis: *deinde* emphyteuſis contractus ſit, feudo maxime uicinus, qui tamen & ipſe ſtet loco innominatorum. Hinc concludit, in conuentione feudali poenitentiae locum eſſe, quamdiu non interceſſerit *datio* aut *factum*.

*Affirmatur 1) auctoritate doctor.*

Verum enimuero communiſſima opinio eſt eorum, qui feuda habent in contractibus *nominatis*, in quo numero ſunt *BARTHOLVS ad l. 7. ff de pactis:* ipſe *BALDVS*, in loco alio ſibi ipſi aduerſus ad *l. 6. ff. de pact. & in cap. 7. X. de conſtit. IMOLA* ad capitulum idem, *ANGELVS* ad *l 6. ff. de pact. SOCINVS part. 2. conſ.* 160. *IASON in uſus feudor. n. 34.* & *n. 66. ff. de pact. CVRTIVS in tract. feud. part. 1. feud. quæſt. 9. an feudum ſit contractus nominatus* ex inſtituto. Vt uero noſtrum non eſt ab auctoritate aliorum pendere: ita rationes, quare hic cum maiori parte faciamus, explicabimus.

*2) a proprio nomine.*

Principio doctorum quidem teſtatiſſima uox eſt, contractus *innominatos* certo *nomine* deſtitui; ſed exprimi tantum per formulas *do, des; facio, facias:* qui caſus adſcribi debeat linguarum omnium paupertati, quoniam natura plures produxerit res, quam ars uocabula *l. 3. ff. de praeſcript. uerbis actionib.* Quod ſi uerum eſt, feudalem contractum & in Romana *p. 37. litt. m.* & in Germanica *p. 20. litt. g. p. 45. litt. b.* aliisque linguis *p. 20. litt. g. p. 47. litt. d.* ſigillatim habes denominatum.

*3) definito iure*

Verum mallem ego, qui doctoribus *innominatos* audiuere, dicere *indefinitos* uel non *priuilegiatos*. Non quod uerba captem aut ueneres ſermonis latini: uerum ut nomen rei concinnum ſit neque tironibus imponat, nominis tantum defectu, contractus innominatos minus obligauiſſe. Quae opinio uel hominum ineptorum eſt uel illorum, qui ineptiarum accuſant prudentes Romanorum, non absque maxima iniuria. Scilicet Romani in omnibus coutractuum obligationibus uel *rem* exegerunt uel *formulam* ſermone aut litteris definitam. Solum *conſenſum* nullibi attenderunt fora Romana; non quidem ut tollerent obligationem, quam cuiusque ſemper pudori reliquerunt; uerum ut forenſes tantummodo lites minuerent. Facile autem deprehenderunt iudices, negotiorum in republica non ignari: fore, ut maxima impedimenta ſentirent, hoc rerum ſtatu, commercia ciuium ac peregrinorum; ſi quidem mercatores, de reliquis ſimile iudicium, in una quandoq; hora uicies & tricies formulam ſtipulationis orare oporteret in tabernis, idque etiam in rebus uiliſſimis; imo, etſi quoque uolubi-

tientibus obiici queunt, pauci uiderint tradiderintque doctores, quod nos confecimus ſummatim (z).

§. V. Abſtruſior eſt & ſumme litigioſa in eodem hoc genere diſputatio: utrum feudales contractus *bonae*

CONTRACTVS de feudo

C

*fidei*

lubiles Italorum linguae formulas facile deproperauiſſent, remedium tamen deinde difficillimum rurſus fore probandi, ſtipulationem interueniſſe; caritatem uero membranae futuram, ſi res nauci litteris darentur; aut fidem defore, ſi illa uerbo non eſſet, ſed manibus tantummodo: his ergo atque aliis forte cauſis permoti ſunt legislatores, ut quotidianis hiſce contractibus hoc non ſolum priuilegium darent, quo conſenſu nudo perficerentur; ſed etiam ſingularem actionis formulam acciperent & leges ſingulares, in contractibus hiſce obſeruandas. Conſequens itaq; eſt, cauſam ex nudo conſenſu priuilegiatorum contractuum fuiſſe *frequentiam;* inſtar autem notae eorundem habendam eſſe in legibus definitas *rationes actionesq;*. Quid ergo dicendum de contractu feudorum. Olim feuda *rariora* fuerunt *p. 3. litt. c. p. 77. litt. g.*

*Sententia ſingularis,*

uix quatuor aut quinque per uniuerſum principatum: deinde nullo etiam iure certo aut lege eadem olim definita fuere; ſed pactitia fere conuentione ſubſtitere *p. 11. litt. p.* Atque in hoc ſtatu ſi feuda relicta fuiſſent, nullus dubitarem, quin illa inter innominatos contractus referrem; id quod forte occaſionem dedit, quare feuda litteras olim quoque clientelares exegerint, einen Lehenbrieff / ut apud Italos ceu *litte-*

1 *rales* contractus ſuſtinerentur. Imo
principes hodieque in munerum adſignatione ante obligatos ſe non eſſe
exiſtimant, quam candidatum epiſtola inſtruxerint, biß er ſeine beſtallung bekommen: eadem iudicia
2 quondam habuerunt feuda *p. 20.*
*litt. g. n. 5.* Verum enimuero ex quo
feudorum fere quotidiana commercia *p. 4. n. 3. p. 77. litt. g.* & iura ſingu-
3 laria, tot uoluminibus definita, ſuperſunt: merito cum illis facio,
qui feudales contractus hodie in
Italiae oris accenſent *nominatis*.
Ceterum cum moribus noſtris feu-
4 da plerumque *uendantur* uel *donentur* prorſus; fruſtra ſunt hae lites uel in ipſa Italia, quoniam iura
ſingularia tum obtinent, *emtionibus* aut *donationibus* adſignata.
5 Num uero olim feuda tantopere in
commercio fuerint, ut eſſe illa hodie uidemus; ea de re inferius ſe locus offeret diſquirendi.

(z) Contra ſentit CVRTIVS *part.*
6 *I. quaeſt. 9. n. 2. 4.* feudorum contractus innominatos eſſe, quia quouis tempore uaſallus feudo poſſit
nuntium mittere 2. F. 14. atque
adeo a conuentione reſilire, quod
7 fiat in innominatis *l. 5. ff. de condict. cauſa data p. 85. litt. u. n. 7.*
Imo quod adde, in domini etiam
arbitrio quondam fuit, quo is uellet tempore, dimittere uaſallum &
feudum reuocare 1. *F.* 1. §. 1. Reſp.

*Obiect. 1) feuda refutari poſſe.*

Pri-

num ſint *bonae fidei?*

*fidei* ſint; an *ſtricti iuris* (a). Qui *primum* ſtatuunt, argumenti loco habent *primo* effectus b. f. contractuum, quorum ueſtigia ſe prodant in feudorum inſtitu-

*Reſpondetur eidem.*

Primo a contractu innominato neutra pars abire poteſt, re ſemel utrinque præſtita & perfecta: fruſtra itaque in hoc ipſo idem cum feudo confertur. Deinde non hic quaeritur de indiſſolubilitate contractus, uerum de cauſa indiſſolubilitatis. In innominatis diſcedere licet, quia ante *dationem* aut *factum* contractus non ſunt obligatorii; ſecus in feudis, ubi tradere oportet dominum, quae ſemel promiſit 2. F. 2. Contra autem *diſſolui* quondam poterant feuda uoluntate unius. quia conſultum non fuerat, fidelitatem expectare ab inuito, quemadmodum nemo colere tenetur inuitus ſocietatem aut communionem *l. 4. §. 1. ff. pro ſocio.* Eſt tamen opus renuutiatione *l. 65. §. 3. ff. eod.* quemadmodum haec quoque uaſallo incumbit, ut is petat, dimitti (*er darff nicht dauon lauffen, ſondern muſs ſeine dimiſſion ſuchen*) inſtar officialis uel rerum adminiſtri. Summatim, innominati ipſo iure *nulli* ſunt, in feudalibus uero opus eſt, ut *reſcindantur.* Taceo, quod multi caſus ſint, imo reipublicae etiam inſtituta uniuerſim: ubi absque domini uoluntate nexu ſoluere ſe nequit uaſallus; quemadmodum hoc inuito laxare eum non poteſt ille *1. F. 1. §. 1.* Quae cum ita ſint, feudalis contractus non pro *anomalo* habendus eſt, qui ad neutrum genus uel

1 nominatorum uel innominatorum poſſet referri. Ad extremum illud quoque feuda eximere uidetur e claſe *conſenſualium* contractuum, quod feuda traditionem uelint, rea-

*Obiect. 2. feuda requirere traditionem ſymbolicam.*

2 libus contractibus forte accenſenda ea propter, ſiue traditio illa uera ſit ſiue ſymbolica uel abuiua, ceſpitis, baculi, clauium, uirgae, feſtucae *2. F. 2. pr.* Verum enim uero aliud

3 eſt feudum *ipſum*; aliud de feudi conſtitutione nuda *conuentio.* Ad firmitudinem uoluntas ſufficit: in illo autem traditione eſt opus, uera uel ſymbolica, ut in dominii quo-

4 que translatione ciuili *l. clauibus 74. ff. de contrah. emt.* Sit ergo litigioſi iuris exemplum: Ferdinandus promiſit Sigismundo feudum Brandorff; ideoque gratias Ferdinando ſoluit

5 Sigismundus. Poenitet Ferdinandum ante beneficii, quam idem tradidit; quod ſerio exigit Sigismundus. Quid iuris? Reſp. Obligatus eſt Ferdinandus ad feudum tradendum; quia

6 feudalis contractus eſt *conſenſualis.*

*Contract. feud. an bonae fidei uel ſtricti iuris.*

(a) Hiſtoriae cauſa, quid alii ſentiant, principio recenſebimus; poſtea, quid nobis uideatur, oſtenſuri. Sunt, qui hanc quaeſtionem rident

7 magis, quam reſpondent; idque diuerſi faciunt doctores ex cauſis diuerſis. *Franc. HOTOMANNVS lib. 5. obſeru. 28.* bonae fidei & ſtricti iuris contractus ex formulis ſic audiuiſſe praetoris: inde abſonum

tutis (b): *tum* feudi a fide ſine cauſa factam notatio- nem



eſſe, uel alterutrum de feudis affirmare, quae pares curiae iudices habeant, non praetores aut eorum formulas. *Caſp. Henr. HORN cap. 12. feud. §. 2. p. 296.* iuri Romano diſcrimina haec propria eſſe putat, ſubtiliora, quam ut feudis queant tribui. Id quod eo facilius dari poſſe, uidetur, quoniam *Petr. GUDELINVS lib. 3. iur. nouis p. 13. n. 26.* fidenter affirmat, germanicis populis omnia iudicia bonae fidei fuiſſe, a quo candore per iura Romana illi necquicquam fuerint dimoti. Quod exagitat ridetque *HVBERVS in praelect. ad Inſtitut. lib. 4. tit. 6. §. 31.* Praeterit is tamen ſententiae huius potiſſimum momentum, quod iure canonico omnes contractus b. f. ſint, doctoribus BALDO & IASONE: illud vero ſecutos eſſe Germanos ante ius ciuile Romanum. *Dominicus ARVMAEVS diſp. feud. 1. §. 30--32.* parum aut nihil exiſtimat, referre, b. f. contractibus accenſeas feuda, an uero ſtricti iuris. Hanc autem ſententiam abortum eſſe illorum ingeniorum, quorum ea leuitas ſit, ut, academicorum more, iura etiam reſpondere uelint in utramque partem, quae tamen certo debeant talo niti, cenſet *Petr. Elias SCHROETER ad Setſerum diſp. 1. feud. §. 22. p. 41.*

Rationes pro CONTRACTV B.F. (b) Abeunt ergo hic doctorum reſponſa in duas partes, quarum una *bonae fidei* contractui feuda accenſet; altera *ſtricto iuri*. Quibus *primum* uidetur, illi argumenta proferunt, quae ſequuntur. Principio enim feuda EFFECTUS habere bonae fidei

1 conractuum exiſtimant, utpote a) *1) ab effectu*
quod *uſurae* debeantur, a tempore *eius, intuitu*
*morae 2. F. 7. fin.* non conteſtatae *a) uſurar.*
demum litis, ut in ſtricti iuris, con-
tractibus, *l. 24 ff. depoſiti & l. 32. §.*
2 *2. ff. de uſuris in b. f. contractibus ex* *b) euictionis*
*mora uſurae debentur* b) quod do-
minus ad feudi *euictionem*, licet e-
am non promiſerit, teneatur *2. F. 8.*
*pr.* quod idem fiat in b. f. tantum iu-
3 diciis *l. 11. §. 1. & 2. ff. de act. ermi &*
*uenditi.* non autem ſtricti iuris, niſi
forte ſtipulatione euictio claris uer-
bis ſit promiſſa. Reponi ad haec
poſſet, privilegio & iuri ſcripto id
feuda debere, non uero indoli feuda-
4 lium contractuum. Quae itaque
in uno cum b. f. iudiciis conueni-
ant: in aliis poſſe ab illis diſſentire.
Neque enim certum inde iudicem
eſſe, utrum in aliis quoque exemplis
5 feuda aeſtimare poſſit ad b. f. iu-
diciorum alios effectus; quales ſint: *c) fructuum*
quod c) re emta aut b. f. contractu
agro acquiſito fructus etiam acqui-
rantur *l. 3. §. 1. ff. de act. emt. l. 13. §.*
6 *10. ff. eod.* non autem ſi ager acqui-
ſitus fuerit per ſtipulationem, niſi
ita claris fuerit conuentum uerbis
*l. 3. ff. §. 1. de act. emt.* d) ex b. f. con- *d) doli*
tractu, emtione puta, ſeruum tibi
7 debet aut agrum Titius, quo autem
neutrum daret, ſeruum ueneno ſu-
ſtulit, agrum deuaſtauit aut ei ſer-
uitutem impoſuit, contra ipſo iure
nullus; quod negant tibi leges
8 in iudicio *ſtr. iur.* ubi actione doli
tantum uti potes, tibique tribuas,
oportet, quare non cauiſti de dolo, ne
alter te falleret, ſtipulando *l. 7. §. 1.*

3. ff.

nem (c): poſt indolem beneficiorum, quae per indulgentiam principis bona fide conferantur (d): deinde

*e) adiector. pactor.*

*3.ff. de dolo malo l.9.ff. eodem* e) pacta in continenti adiecta *b.f. contractibus* actionem producunt, non uero in ſtipulatione, mutuo, id eſt, ſtricti iuris contractibus *l. 7. §. 5. ff. de pactis* f) in *b. f. contr.* ſi res deperdita uel deterior facta uenit aeſtimanda

*f) aeſtimat.*

ſpectatur tempus, quanti res fuit usque ad ſententiam: in *ſtricti* autem *iuris* usque ad litem conteſtatam *l.3.§.2.ff. commodati* g) in b.f. iudiciis *iuratur in litem* ob dolum & contumaciam non reſtituentis *l. 5. pr. ff. de in litem iur.* uerum rarius & non niſi ex ſingulari cauſa in iudicio ſtricti iuris. h) In *b.f. iud.* quamuis nondum uenerit dies; tamen ad interponendam cautionem agi poteſt *l. 41. ff. de iudiciis*; non ita in *ſtricti iuris contr.* niſi caſibus ſingulariter exceptis. i) In *b.f. contr.* cauetur, ut poteſt, etiam *iuratorie*: in *ſtricti* iur. contr. ſufficiens cautio requiritur, fideiuſſoris, quod tradunt doctores ex *BARTOLO ad l. 11. de ſolut. matr.* Imo crediderim plura longe utriusque contractus differentiarum genera in legibus latere, a doctoribus nondum conducta.

*g) iuram in litem*

*h) tempore cautionis*

*i) modo cautionis.*

Haec autem ſufficiant, partim ut diſcant iurium cultores, ad quid interſit, feuda ad unum uel alterum ex his contractibus referri: partim etiam, ut patroni b. f. contractus periculum faciant, utrum ſingula eius de feudo etiam queant adfirmari. Niſi enim hoc; tantum abeſt, ut feuda ex una & altera cauſa

*Quo fine tum late haec enumerata?*

1 b. f. ſint: quantum abeſt, mutui
contractum b.f. in patria eſſe, ex quo
R. I. 1600. §. ſo viel nun 139 & R. I.
1654. anlangend 174. in mutuo
quoque uſurae ex mora debentur.
2 c) Alterum eſt, quare feuda exiſti-
mentur contractus b. f. quoniam
feuda a fide ſint adpellata. Incla-
mat itaque *OLDENDORPIVS in*
*claſſ. 5. action. 18. p. 565. Pueriliter*
3 *mihi rixari uidentur, utrum contra-*
*ctus beneficiarius ſit bonae fidei an*
*ſtricti iuris. Quis enim contractus*
*erit bonae fidei, ſi hunc non ſinant*
*eſſe talem.* Aut quod huic eſt uici-
4 num, quia feudi omnis ratio uerſe-
tur in fide ac fidelitate *PRAEPOS.*
*in c. 1. n. 2. feud. cogn.* Verum, quod
primum attinet, eius etymi falſitas
oſtenſa eſt *p. 25. litt. r. p. 62. litt. l.*
5 Quid? quod tyronibus iurisprudentiae Romanae ignotum eſſe, non
poſſit, bonae fidei iudicia non fidem
conuentam uelle inter partes, dominum ſcilicet & uaſallum; uerum
6 illam, quam iudex adeſſe uult, licet
de illa partes neque egerint neque
cogitauerint. Primum genus ut
in omni contractu ſtricti etiam iuris *l.1. ff. de pact. l.22. §.1. ff. mandati*
7 ſic etiam in feudali exigitur: ſed
b. f. iudicia exigunt etiam alterum.

*2) quod feuda dicantur a fide.*

*3) In fidelitate uerſentur.*

d) Parum quoque momenti illud habet, quod exiſtimant; priuilegia ſeu beneficia principis eſſe largioris explicationis *l 3. ff. de conſtit. princip.* ſupra *p. 37. litt. n.* proptereaque bonae fidei. In transuerſum

*4) beneficia ſint principum.*

egit

de patriae mores, quibus ſtricti iuris iudicia prorſus ſint ſublata (e): ad *extremum* farraginem ita ſentienti-

---

*Vnius ſententiae quadruplex error, Zaſii.*

egit brutum hoc fulmen Ictum maximum, *Vdalr. ZASIVM part. 1. feud. n. 6.* ut ſcriberet *feudum cum ſit beneficium, uidetur late & ex bona fide interpretari. Et quamuis contrarium ſentiant: tamen in feudis a Romano principe conceſſis uerum eſt, ea eſſe bonae fidei. Cum omnes contractus cum principe initi ſint b. f. ut eleganter Baldus ad pac. Conſtantiae.* Fruſtra autem eſt & *primum* & *alterum.* Illud quidem, qnod lex de beneficio accipienda ſit in ſenſu morali *p. 24. litt. o.* ubi largitorem agit princeps, ut liberalitatis & munificentiae laudem ferat: non uero in *clientelari* ſignificatu, ubi operas militum conducere uult, ratione habita prouidi & exquiſiti reipublicae procuratoris.

*primus,*

In altero autem decipitur Zaſius cum Baldo, non ſolum, quod princeps, quoties contrahit cum alio, iure potius priuatorum utatur. *IASON ad l. 1. ff. de pact. MYNSINGER Reſ. 23. n. 19. WESENBECIVS feud. cap. 2. §. 8.* & *Conſ. 42. n. 12.* ſed etiam quaeſtores rationum principis in crimen uocarent moribus hodiernis praetorem, qui cauſam hoc praetextu abiudicaret principi, quod eum oporteat contrahere profuſius. Leges quidem ipſas hic non habemus neque tamen earum argumentis hic opus eſt. Aut enim princeps iure priuatorum utitur; aut minus; ſi illud, nullum inter cauſam eius & hominis priuati diſcrimen; ſi autem hoc, fruſtra eſt quaeſtio huius argumenti, cum naturae iura neſciant hanc contractuum differentiam.

*alter,*

In eo etiam Zaſius partium ſtudii uel Germanici imperii ignorantiae accuſari poteſt: quoniam imperatoris tantum mentionem hic fecit; cum principum Germaniæ eadem ſit in beneficiorum largitione auctoritas indulgentiaque.

*tertius,*

Ut taceam, confundi bonae fidei contractus, cum interpretatione extenſiua, quod in hac nota iam aduertimus p. 92. litt. c. n. 6.

*quartus.*

*5) patriis morib. omnes contractus eſſe bonae fidei. Rat. 1) theologicae,*

(e) Quod patriae moribus *omnes contractus bonae fidei* ſint, ex diuerſis cauſis diuerſi ſtatuunt doctores. Theologis durum eſſe uidetur; plus fidei uni contractuum tribuere uelle, quam alteri, cum utrobique ad ſummam fidem obligent officia, quae foris chriſtianis tulit iuſtiſſimus iudex, Chriſtus. Ita *Ioh. VALERVS de differentiis fori & conſcient. p. 145. n. 1. & p. 435. n. 1. AMESIVS libr. V. caſ. conſcient. c. 42. §. 22. p. 374.* eodem nomine laudatur *Ioh. IMBERTVS in ſuo enchiridio. uoc. euict.* Equidem facile largior, theologos non plene hic adſecutos eſſe rationes iurisprudentiae Romanae. Quid enim b. f. iudicium differat ab iudicio ſtricti iuris, ipſis Ictis tantopere obſcurum eſt, ut ueterani etiam non dubitent magiſtros in deſideriis habere, a quibus in hoc argumento inſtituerentur. Exemplum

tium doctorum (f): quorum omuium tamen ratio-

plum *Ioh. Fabri* habes apud *OLDENDORPIVM de actionum differentiis tom. 2. opp. p.* 246. Qua propter facile fuit *HVBERO in praelect. ad Inſtit. lib. 4. tit. 6. §. 25. Henr. Chriſt. STRYKIO cap.* 12. *intereſſe controuerſ.* aliisque, theologos ſub cenſuram uocare. Veruntamen, qui bonae fidei contractuum priuilegia, quae p. 91. litt. b. recenſuimus, ad morum integritatem exegerit: is facile deprehendet, aliqua eius omnino indolis eſſe, ut duriſſimum ſit, fora Chriſtianorum iudicum eadem contractibus ſtricti iuris negata uoluiſſe. Atque agnouerunt forte id ipſum iudices Chriſtiani, quoniam plurima, quae olim *b. f.* tantum fuere: hodie etiam indulgentur contractibus ſtricti iuris. *FROMANNVS* ex inſtituto *in diſſert. de actionib. b. f. & ſt. i.* Neque hoc mirum, cum ipſi imperatores hanc duritatem legum quandoque emendauerint, ut licet olim compenſationi locus tantum eſſet in *b. f. contractibus:* poſt tamen eaedem agnitae etiam fuerint in *contr. ſtr. iur.* §. 30. *I. de actionib.* & *l. ult. C. de compenſat.* Et ſane in *emtione*, ſi uſurae ex mora debebantur, quoniam *contr. b. f.* cur non idem in *mutuo* quoque? quod olim non fiebat, quoniam *contr.* erat *ſtricti iur.* Cum tamen ratio hic uel eadem uel certe maior eſſet, quam ibi: quoniam uenditori lucrum in iure largius conceditur, quam creditori nummorum, ut adeo damnum ex mora alter magis ſenti-

*b) Ipſi imperator. pl. contractib. ſt. i. dederint effectus b. f.*

1 re uideatur, quam primus, der gemeiniglich ſo viel auf die Waaren ſchlägt/
daß er wohl eine zeitlang ohne ſchaden
borgen kan. Ex qua etiam cauſa factũ
eſt, ut uſurae exinde inſtricti iuris
2 contractu non minus nunc debeantur *Rec. Deput. Spir.* 1600. §. 139.
So viel nun rc. & *Rec. Imp.* 1654.
§. 174. anreichend/ quod etiam ſupra
eſt ſcriptum p. 92. litt. n. 1. Verum ſi
3 exceptio regulam firmat: eius generis *Rec. Imp.* inſigniter corroborant, Germanicis etiam moribus
diſcrimen haberi inter *b. f.* & *ſtr. iur.*
contractus. Ipſi etiam Icti reperi-
4 untur, qui *b. f. & ſtr. iur. contr.* nullum hodie ſupereſſe exiſtimant diſcrimen. *GVDELINVS lib. 3. iur. nou. c. 13. n. 26.* id non ſolum claris
uerbis ſcribit; ſed etiam, quae ſentit,
5 firmat rationibus. Quarum *una*
eſt, quod Romani ea, quae in *b. f. contr.* aequa eſſe, cenſuerint; in *ſtr. iur. contr.* non habuerint iniqua: ſed
tantum iudicibus dare tum noluerint, ut partibus id imponerent.
6 Cum uero tanta apud nos ſeueritas
iudiciorum anguſtiaque non ſit,
ratione diſcriminis ſublata: omne
nunc inter utroſque contractus ceſſare, putat diſcrimen. Accedere,
7 quod ius quoque canonicum eidem
obuerſetur. Verum repono ad
1) quidem, quod cauſam diſcriminis
huius aliam atque aliam adlegent
8 doctores, dubiumque ſit, Romanos
ad iudices hic tantum reſpexiſſe;
magis forte credibile, in contractuum diuerſorum diuerſa indole eandem

*c) Ictorum iudicio diſcrimen b. f. & ſtricti iur. ſublatum.*

tiones uidemur nobis ſuſtuliſſe. *Alterum* qui tuentur, rationibus utuntur in contrariam partem. Primo quidē, quod Iuſtinianus imperator feuda non retulerit inter *bonae fidei* contractus, quos tamen ipſe omnes exquiſite enumerauerit (q), hoc autem aliis riſu ma-

*an ſtricti iuris?*

---

*d) etiam iure canonico.*

dem illos repoſuiſſe. Quae neque 1
hodie confuſae eſſe reperiantur. Ad
2) iuris canonici clara uerba non
eſſe, ſed fila conſecutionis interpre-
tum nimium ſaepe contorta. Ca-
dit ergo, primae rationis facta diſſo- 2
lutione, eiusdem fere generis argu-
mentum *HOTOMANNI lib. 5. obſ. c.*
*28.* quaſi fundamentum omne diſ-
criminis in formula praetoris uer-
ſetur: *ex bona fide.* Quae apud nos 3
in feudis ceſſet. Reſp. enim for-
mulam ceſſare, non formulae diſtin-
ctas plane rationes. Ad extremum
in aliis quoque regnis, Germaniae
uicinis diſcrimen hoc pridem ſubla- 4
tum eſſe dicunt, de Gallia enim te-
ſtari *Petr. REBVFFVM tom. 3. ad*
*conſtit. reg. artic. 1. de fruct. n. 4. 7. 8.*
*p. 892.* Verum primo is auctor hoc
tantum in uno caſu diſputat, quod 5
etiam in *ſtr. iur contr.* uſurae debe-
antur ex mora; in reliquis dubitan-
ter addit: *Et quia doctores in hoc ſunt*
*uarii* (plurimi itaque retrinent dif-
ferentiam hanc contractuum in ali- 6
is) *in adſignando rationem diuerſi-*
*tatis, declarauit mihi quondam Io.*
*POYETVS; regem id uoluiſſe.* Poſtea
addit: *maxime, quia in Francia rece-*
*pimus iuris canonici aequitatem.* 7
*Quo iure omnes contractus indiſtincte* 8
*b. f. eſſe cenſentur, teſte Baldo in c. de*
*plus petit.* Deinde moribus Galliae

*e) in regnis Germaniae, uicinis.*

non uiuit Germania. Ut taceam quod apud nos ſublatum non ſit, id etiamnunc firmiter perſiſtere. Veteris enim iuris Germanici tanta ſubtilitas non fuit: ut, quid ipſi hic olim ſenſerint, eruere queamus. Proceſſus enim curati pleraſque rationes iuri acceptas ferimus peregrino.

(f) *Bonae fidei* iudiciis, qui feudales contractus negotiaque adſcribant, pauciores ſunt, quam alii, qui ſentiunt ex aduerſo, ut recte *ARVMAEVS diſput. I. feud. §. 30. 31. p. 473.* Sunt tamen in hoc numero *PRAEPOSITVS c. 1. in pr. n. 2. de feud. cognit. Matth. ab AFFLICTIS c. 1. §. ad haec n. 8. hic finit lex OLDENDORPIVS claſſ. 5. de actione beneficiar. p. 567.* Nouiſſime *HORNIVS c. 12. feud. §. 2. p. 296.* quamuis recentiorū plerique quaeſtione hac ſoleant ſuperſedere. Plures citauimus in argumentorum diſſolutione ſigillatim.

*Qui doctores feudales habent contractus b. fidei?*

(g) Notiſſimum eſt, quod Tribonianus longam ſeriem illorum contractuum habeat, qui ſunt bonae fidei: reliquis uno nomine adpellatis, qui ſint ſtricti iuris §. 28. I. de actionib. Inde arguit *Iac. ALVAROTVS* ad *2. F. 1. n. 4. p. m. 47. Materia feudalis eſt* STRICTI IURIS: *quod patet, quia actio, quam parit non numeratur in §. 28. actionum I. de action. ſecundum* BALDUM. Iniuriam

*Quod contractus feudales ſint ſtricti iuris, rat. a) quia eius nulla mentio ap. Tribonianum.*

fere

magis dignum uidetur, quam iuris aliquo reſponſo(h); deinde quod ius clientelare conſuetudinarium ſit & condictionem pariat ex moribus(i) qui haud dubie ſint ſtricti iuris; hoc tamen mihi quidem praepoſterum eſſe uidetur in feudorum inſtitutis (k): poſt

---

fere is Baldo facit, cui nihil commune eſt cum ſtultiſſimo hoc argumento; ut uidebimus in illis, quae proxime ſequentur. Huic uicina eſt ratio illorum, quod feuda ſtricti iuris ſint, quia nullibi in textu audiant *b. f.* *SCHROETER in arbore feud. diſp. 1. §. 23. p. 40.*

*Quod abſonum eſt.*

(h) Parcit hic famae Aluaroti *ZASIVS part. 1. feud. n. 6. p. 5.* ſed *Iul. CLARVS lib. 4. ſentent. Q. 6. p. 167.* ei reſpondet: *rouera feudum non potuit connumerari in §. action. cum tempore confecti illius §. nondum eſſet inuentus contractus feudi. Cunr. RITTERSHVSIVS lib. 1. c. 3. q. 67. quomodo nominari potuit feudum, quod nondum fuit in rerum natura? Argumentum certe fatuum.* Cum uero ſupra *p. 25. litt. p. q. pag. 37. litt. n. o. p. q. pag. 39. litt. s. pag. 40. litt. u. pag. 42. litt. x.* clare oſtenſum fit, Romanos militibus & rerum adminiſtris beneficia detuliſſe, quemadmodum noſtris moribus feuda conferantur iisdem: hoc forte patrocinio defendi poſſet concluſio Aluaroti. Modo ipſi hoc cognitum fuiſſet.

*2) ex contractu feudali condictio ex moribus.*

(i) Verba *BALDI* ad textum *2. F. 1. n. 9. p. m. 31.* haec ſunt: *Illud non omitto, quod conſuetudo tacita conuentio. Et ideo ſicut pactum non extenditur ad aliam rem uel perſonam, quam de quibus loquitur* l. ſi unus §. ante omnia ff. de pactis: *ita nec conſuetudo. Et ideo conſuetudo eſt ſtricti iuris. Quod etiam patet, quia filia, quam parit, id eſt, actio ſiue* CONDICTIO *ex moribus eſt* STRICTI *iuris*, ut l. de action. §. actionum. Eodem hoc momento utuntur *Iul. CLARVS lib. 4. ſentent. Q. 6.* p. *167. CVRTIVS part. 1. feud. q. 9. n. 3. Laurent. SYLVANVS de feudi recognit. Q. 4. n. 4. p. 42. MOZZIVS Iur. feud. pr. n. 21. ROSENTHAL cap. 1. q. 5. n. 2. p. 4. ARVMAEVS diſp. 1. 1. feud. §. 30. p. 473. SCHROETER in arbore feud. diſp. 1. §. 22. p. 40.* alii fere innumeri doctores.

(k) Hac lyra oberrat tot abhinc ſeculis omnis fere doctorum cohors. Nulla idonea ratione, quod nunc uidebimus. Principio leges huc trahunt atque in illis *l. 39 ff. de LL. quod non ratione introductum; ſed errore primum; deinde conſuetudine obtentum eſt, in aliis ſimilibus non obtinebit.* Qua quaeſo fronte exinde *Ant. FABER lib. 1. codic. tit. 2. def. 45. n. 19.* concludit: *conſuetudo omnis ſtricti iuris eſt, maxime, ſi a iure communi abhorreat.* Loquitur ſane lex ſigillatim: doctor autem uniuerſim. Quod ſi igitur

*Id confutatur noua ratione.*

ex-

poſt omnes actiones uniuerſim *ſtricti iuris* eſſe, dicunt; *bonae* autem *fidei* nonniſi ex ſpeciali legis beneficio (l), quod feudis non obuenerit: tandem aſylum aperiunt in communi doctorum, ita ſentientium, cohorte (m), qui in hiſce caſtris militent fere uniuerſi: ut taceam iudicia, quae allegant, forenſium

D libel-

exceptio regulam firmat, mihi ita liceat arguere: ſi lex illam tantum conſuetudinem *ſtricti iuris* eſſe, uult, quae *nulla ratione* introducta; quae *errore* obtinuit: aliae ex oppoſito conſuetudines erunt *bonae fidei.* Verum de re ipſa ego ita ſentio. Conſuetudines uel in cauſis uerſantur, quae legibus definitae ſunt, adeoque, in quantum illis derogant, ſtrictae ſunt interpretationis: uel aliud prorſus illae obiectum habent, ciuilibus legibus neque conſtitutum neque deſcriptum, quo caſu ratio prioris inſtituti prorſus ceſſat. Atque in hoc, non autem in primo genere ſunt feudorum inſtituta; quae *praeter leges ſunt*, quod philoſophi dicunt, non uero *contra easdem.* Fruſtra itaque eſt, quod feuda propterea eſſe putantur ſtricti iuris. Vt taceam homonymiam uocabuli τȢ *ſtricti iuris;* quod uel opponitur *b. fidei* actionibus uel interpretationi *extenſiuae.* In primo quaeſtio uerſatur: in altero ratio eam decidendi corrupta. Qua de re inferius p. 103.

3) *Ordinarie omnes contr. ſint ſtricti iuris.*

(l) Ita concludunt. Nullae actiones *b. f.* ſunt, niſi ex ſingulari legum beneficio: atqui hoc nullibi datur feudis, ergo omnia feuda ſtricti iuris; ita fere *SCHROETER in arbore*

1 *feud. diſp. 1. §. 22. litt. a.* Veruntamen & primum in dubium uocatur & alterum. Illud, quoniam diſcrimen inter *b. f. & ſtr. iur.* contractus non mere poſitiuum eſt: uerum ra-
2 tionem habet comitem, mutuam iſtorum obligationem, quod uinculum uti reciprocum; ita quoque *b. f.* Hoc uero, quoniam primo legum decreta uel claris uerbis ſiunt; uel
3 mediante filo conſecutionis, quae feuda omnino uelit contractus *b. f.* Quid? quod clarius textus adeſſe uideatur p. 91. litt. b. qui feudis tribuat *b. f.* effectus.

4 (m) Fateor hanc opinionem communiſſimam eſſe apud doctores. Ita enim *BALDVS ad 2. F. 1. n. 9. ALVAROTVS ad 2. F. 1. n. 4. SOCINVS lib. 1. conſ. 165. n. 8. CVRTIVS part. 1.*
5 *quaeſt. 9. Petr. Nic. MOZZIVS tract. feud. pr. n. 21. Petr. de GREGORIO de conceſſ. feud. part. 2. q. 5. ZASIVS part. 1. feud. n. 6. SYLVANVS de feud. recognit. quaeſt. 4. n. 3. ARVMAEVS*
6 *diſp. 1. §. 30. p. 473. WESENBECIVS feud. c. 2. §. 8. p. 6. SCHRADERVS part. 2. c. 2. n. 6. ROSENTHAL cap. 1. feud. concl. 5. n. 3. Nicol. INTRIGIOLVS Quaeſt. 16. de feud.* plene & ex
7 inſtituto. Taceo alios, qui his ipſis nominantur.

4) *Communis ſit haec opinio doctoribus.*

(n)

libellorum (n).

*Vetuſti diſsidii noua compoſitio,*

§. VI. Quid egomet in tanta ambiguitate, tenebris & diſſenſionibus? Argumentum hoc ita definio. Actiones b. f. ſunt, quibus iudex reſpondet ex ingenii religione (o): non ſecundum leges, praeſcripta

*ſ) illa in foris obtineat.*

(n) Huc refero illos, qui reſponſa iuris pro actionibus ſtricti iuris dederunt. In quorum numero ſunt *Hippolytus RIMINALDVS uol. 1. Conſil. 18. n 97 Sigiſm. LOFREDVS Conſil. 1. n. 50. SOCINVS Conſil. 165. n. 14. Carol. RVINVS uol. 1. Conſil 45. n.* 16. plenior aliis; *Marc. MANTVA Conſil. 74. n. 11. CRAVETTA uol. 4. conſil. 606. n. 2. CARPZOVIVS Part. 2. conſt. 45. defin. 30. n.* I. Quamuis his quoque non tam quaeratur, utrum feudum ſtricti iuris actionem habeat; ſed utrum ſit ſtrictae interpretationis, quod utrumque plurimi eorum ſolent confundere.

*Deſcriptio actionum b.f.*

(o) Ita ipſemet imperator §. *30. in b. f. iud. I. de action. In bonae fidei iudiciis libera poteſtas permitti uidetur iudici ex bono & aequo aeſtimandi, quantum actori* (uel etiam reo) *reſtitui debeat.* Idem de ſuo etiam tempore dicit *CICERO lib. 3. offic. c. 5. ſumma uis in iudiciis, in quibus agitur ex fide bona* (non ſtricto iure, uti dictum, ſcriptum, conuentum; ſed uti aequum, conueniſſe) *Fidei bonae nomen manare latiſſime idque uerſari* (non in omnibus contractibus ſed tantum) *in tutelis, ſocietatibus* ac reliquis, *quibus uitae ſocietas continetur. In his magni* (nobi-
1 le officium iudicis) *eſſe iudicis, ſtatuere, quid quemque cuique praeſtare oporteret, IDEM in orat pro Roſc. p. 151.* bonae propterea fidei iudicia *arbitria* adpellat, ubi ſententia ſit
2 mitis & modetata: non quantum promiſſum ſit, dari, ſed quantum dari aequius & melius ſit. Prodit eadem ratione diſcrimen *SENECA lib.* 1. *de benef. c. 7. Melior uidetur conditio*
3 *cauſae, ſi ad iudicem* (ſtricti ſcilicet iuris) *quam ad arbitrum mittatur* (iudicem b. f.) *Quia illum formula includit* (uerba ſtipulationis; litterae; inſtrumenta) *& certos, quos*
4 *non excedit, terminos ponit? hunc* (b. f. iudicem) *libera & nullis adſtricta uinculis religio & detrahere aliquid poteſt & adiicere & ſententiam, non pro ut lex & iuſtitia* (in legibus
5 aut libello prodita) *ſuadet; ſed prout humanitas & miſericordia impulit regere. BOETHIVS in lib. 3, topic. Ciceron. p. m, 721. edit. Baſ.* conciſe & luculenter ait: *in iudiciis, in qui-*
6 *bus addtur, ut iudices ex bona fide iudicent;* id eſt, *ubi ita iudices dantur, ut non ſtrictas inter litigantes ſtipulationes: ſed bonam fidem quaerant.* Colligam ſymbola, unde diſcrimen
7 patet utriusque actionis. Primum ex parte iudicis: qui in ſtr. iur. iudicio ſecundum *acta & probata* pronun-

ſcripta, conuenta, quod fit in iudicio ſtricti iuris (p). Cauſa diſcriminis haec. In reciprocae praeſtationis contractu legiſlatoribus Romanis conſultum magis eſſe uidebatur; humanae tantum ſocietatis officio cohibere partes contrahentes (q); non ad uerba, litteras, formulas allegare easdem, unde occaſio eſſet ad ſu-



---

nuntiat (da ihme die Hände gebunden ſeyn/ an dasienige/ was die Partheyen einander zugeſaget) in b. f. iudicio ipſe ſupplet emendatque (nach eigenen gutdüncken) ex ingenii religione: deinde negotii intuitu, quod in b. f. iudicio non ſolum eſt *bilateralis* & reciprocae obligationis; ſed etiam ſimplex, absque comite formularum; litterarum; ſolenniumque aliorum, quod ſecus in iudicio *ſtr. iur.* ad extremum partes officium iudicis nobile ueluti implorant in b. f. actione; in act. autem ſtr. iur. fere mercenarium.

*Doctores diſcriminum b. f. & ſt. i. iudiciorum.*

(p) Contrariorum cum eadem ratio ſit: dum b. f. iudicia docui. ſt. i. quoque iudiciorum habui rationem, ut uullo hic opus ſit commentario. Qui his tenebris lucem dant, laudandi ſunt. *Fr. HOTOMANNO in comment. ad §. action. I. de action.* formulas debemus utriusque iudicii, quas ex Tullio eruit, quem ipſe ſedulo euoluit. *Vldaricus ZASIVS in commentario de actionibus a p. 253. ad p. 276.* plenior eſt in differentiis enumerandis planiorque in caſibus & exemplis forenſibus, quo nomine etiam commendandus *SCHNEIDEWINVS.* Facile itaque fuit *BACHOVIO in comment. de action. diſput. 6. ad h. §.* ad fidem horum fundamentorum diſputare & ratiocinari. Quem *VINNIVS in comment. ad Inſt.* nunc exſcribit iterumque emendat ac corrigit: quam ſibi quoque prouinciam ſumpſit *HVBERVS in praelectionib.* Veterani doctores in hoc argumento admodum ieiuni ſunt aut fatui prorſus. Melior his aliquantum *OLDENDORPIVS.*

*Cauſae diſcriminum act. b. f. & ſt. iur.*

(q) Sequor ego hoc in argumento *CICERONEM*, eoque libentius, non ſolum, quod ipſe ſedulam operam nauauit in cauſis legum inueſtigandis exigendisque ad normam rationis: uerum etiam, quod illo tempore frequentius ſe exeruit b. f. iudicis officium, quam poſtea, ubi horum quoque contractuum pleraque momenta ſcriptis legibus expedita ſunt, ut iam nunc iudices oporteat uoluntatem legiſlatoris ſequi, rariſſime ſui ingenii religionem. Illo ergo in *lib. 3. offic. c. 5.* cum recenſuiſſet b. f. contractuum ſpecies, cauſam aperit, *quia in his uitae ſocietas contineatur.* Nam quo frequentiores contractus fuere: eo etiam illos oportuit eſſe faciliores abſolutu: quod ſupra dixi p. 85. 89 *litt.* u, y. Ut taceam, longe facilius formulam ſcribi poſſe in contractu, ubi *unilatera-*

fucum & fallacias (r). Ex quo nunc colligo: pacta feudalia quondam b.f. fuiſſe (s): uerum ſexcentis fere abhinc annis eadem facta eſſe ſtricti iuris (t): poſtquam

*teralis* tantum obligatio eſt, quam in illo, ubi bilateralis, ob circumſtantiarum & officiorum, quae hic ſe emergunt, infinitatem.

*Omnis contractus formularis eſt periculoſus.*

(r) Ita ego ſemper credidi, ubi formulae longae contractuum, ibi occaſio fertilior ad uerba captandum & illudendum. In equorum nundinatione non ita audaces eſſent uenditores ad circumueniendum: niſi, quinque uitiis exceptis (den Hauptmängeln) cetera impune crederent eſſe, fraudare ac fallere emtorem. Inde uulgi ſermo; wer die Augen nicht aufſthut / thue den Beutel auf. Qnamuis nulla iura, ſi recte explicentur, permittant: ut ſciens alter alterum dolo inducat. Cautius agunt mercatores; die waaren auf treu und glauben zu nehmen. Atque hac cauſa quoque exiſtimo noluiſſe legislatores Romanos, ut formulae exularent in contractibus, quibus uſus uitae continetur. Qui uero formulae in ſt. i. iudiciis utiles ſint, dices. Repono. In *ſtipulatione* ſibi tribuat ſtipulator, quod ſibi non plenius loquendo proſpexerit. *Mutuum* olim gratuitum fuerat communiter, in quo reddendo propterea nihil attendi poterat, quam quod datum fuiſſet. Eadem iudicia meretur *chirographum*. In *dominii* translatione itidem facile erat rei exhibitae calculos aeſtimare. Ut neutrubi opus eſſet b. f. iudiciis.

(s) Feuda ipſa ad *i urain re* perti-

1 nent, ubi opus non eſſe, diximus *b. f.*
iudiciis, quae tantum e contractibus
oriuntur. Verum in contractu de
feudo antequam ſymbolica ſecuta
eſt traditio, translatio dominii, ſiue
2 inueſtitura, non inutile eſt, hanc
quaeſtionem diiudicauiſſe. Principio
itaque feuda retuliſſem inter
actiones *b. f.* ex pluribus cauſis.
Quis enim ex aequo & bono iudi-
3 cem decernere negauerit: ſi nullis
ille *legibus* eſt adſtrictus, quas feuda
ante duodecimum ſeculum non habuere;
nullis *conſuetudinibus*, quae
temporum & locorum uarietate
4 ambiguae, id eſt, parui momenti fuerant;
*ſtipulatione* nulla, quae aduerſa
fuerat apertis ac ſimplicibus Germanis;
nullis *litteris*, quarum ſecreta
maiores noſtri ignorauerunt. Quod-
5 ſi igitur controuerſia eſſet, ut ſeruitii
quoddam genus requireret a
uaſallo dominus, quod huic ille negaret:
non aliud remedium ſupererat,
quam ut parium curiae iudicio
6 illa ex *aequo & bono; fide bona*; breuiter
ex *ingenii religione* decideretur.

*Feuda olim b.f. fuiſſe.*

(t) Non in feudis id mirare, cum
ciuile ius ex iisdem plane cauſis ha-
7 rum actionum uiderit metamorphoſes.
*CICERO lib. 3. offic. c. 5.* octo
contractib. actiones bonae *f.* dedit:
largior autem multo eſt *IVSTINIANVS*,
qui §. *28. I. de action.* qua-
8 tuordecim enumerat. Imo ipſe
addidit huic claſſi *hereditatis petitio-*

*Plures actiones, quae nunc b.f. olim ſt i. fuiſſe. Docetur id a) exemplis*

quam illa fiunt conceptis uerbis (u), & clientelaris iuris tot uolumina exſtant; ut ineptiſſimum foret, li-



*2) cauſis, quae uel incrementa legum.*

*tionem* , quam plures habuerant in
actionibus ſtr. i. Contra expunxit
*rei uxoriae* actionem e *b. f.* iudiciis
ſtrictique iuris adſcripſit. Scilicet
quo plures leges : eo minores &
mercenarii magis iudices. Creſcen-
tibus ergo legibus, caſus decreuere
exemplaque ubi opus fuerat iudicio
*b. f.* uel quod idem eſt iudicis arbi-
trio. Recte obſeruauit Donellus;
maiorem libertatem *b. f.* iudiciis
olim fuiſſe: ſed poſtea quantum li-
ceret iudici, tractationibus & diſpu-
tationibus Ictorum pene uidetur
fuiſſe definitum, quod ſuomet etiam
iudicio adprobat *BACHOVIVS diſp.
6. de action.* §. *13. p. 19.* Imo, niſi pror-
ſus fallor, ſi quando ipſi etiam emto-
res uel ſtipulatione uel etiam chiro-
graphario aut alio ſtricti iuris re-
medio uſi ſunt, *b. f.* contractus qui
fuerat, hac cauſa factus eſt ſt. i. Clare
*IVSTINIANVS pr. I. de emtion. &
uendit.* quod, quamuis emtio uendi-
tio ſolo *conſenſu* perficiatur, ſi ta-
men *ſcripturae* intercedat inſtru-
mentum, nonniſi hoc ſcripto ſub-
ſcriptoque emtionis contractum
perfectum fore. Sic *omnium* rerum
quoque obligatio deduci poteſt in
*ſtipulatum* §. *2. I. Quib. modis tollit.
obligatio.* idem dicit. Id eſt, ut ego
accipio, ex emtione fieri poteſt con-
tractus & ſtipulationis & chirogra-
pharius, aut, quod idem eſt, actiones
*b. f.* uerti ſic poſſunt in actiones ſt. i.
Exemplo rem doceo, Emiſti aedes
ſimpliciter; integrum tibi erit agere

*uel ſolennia partium.*

1 ex *b. f.* Verum inſtrumentum em-
tionis (einen Kauffbrieff) confeciſti,
non probationis cauſa; ſed quo uter-
que contrahentium ſciret, quae *per-
tinentiae* cum aedibus uenditae eſ-
2 ſent. Si ergo inde poſtea lites exci-
tarentur, illas ego a *b. f.* iudiciis auo-
carem remitteremque ad ea, quae
ſunt ſtricti iuris. Sibi enim tribu-
ant partes, quare a ſimplicitate con-
3 tractus abiere, maiori fide litteris
habita, quam iudicis arbitrio &
aequitati. Sit alind exemplum in
mandato, quae actio *b. f.* Verum le-
gati principum eo ipſo, dum ad for-
4 mulas alligantur (ihre geheimte in-
ſtruction) ſtricti iuris iudicia ſube-
unt etiam in foro ciuili, ubi in cri-
men laeſae maieſtatis uocatur, quo-
tus quisque uel latum unguem inde
5 diſceſſerit. Vide, quae ſcripſimus in
libro de *iure adlegandi* von Reichsge-
ſandſchafften §. 45. p. 192. Facile
nunc eſt ad conferendum haec ipſa
cum feudorum inſtitutis.

(u) Quin olim feuda libellos ha-
6 buerint; facile eſt ad intelligendum.
Nam clientes legere & ſcribere ne-
ſciuerunt, neque ius diplomatum &
*cancellariae* apud omnes imperii or-
dines quondum fuit: quibus tamen
7 curia feudalis necquicquam negata.
Qua propter ſimplex conuentio fue-
rat: *ſis mihi uaſallus ſisque mihi do-
minus.* Adeoque contractus om-
nino fuerat b. f. Idque tam ex parte
domini, ſi quidem is defuerat in illis,
quae ad uictum & cultum pertinue-

*Olim feuda ſimpliciter delata: hodie nonniſi ſub certa formula.*

beras dicere iudicis manus, quas arctiſſimis legum uinculis ſcimus alligatas (a). Quae obiici poſſunt, faci-

re uaſalli: quam etiam uaſalli, quando is officia neglexit fidelitatis. Non alia ratione, quam ut famulos noſtros conducimus, uno uerbo: ich will für deinen unterhalt ſorgen/ und du ſolleſt mir hinwiderum in dienſten gewärtig ſeyn. Utrobique ex arbitrio boni uiri, cui alia quaeque relicta fuerunt. Inde enim ueſte domini indutus cliens factus eſt, ut uideri poſſit noua ſpecies contractus *ueſtiarii*. Verum a ſeculo inde duodecimo obſeruo, plenioris formulae libellos clientelares. Ex hoc enim tempore, cauendarum litium ergo, inſtrumenta litterarum amplo commentario exponunt tam beneficia domini; quam uaſalli officia fidelitatis. Speciminis loco accipe litteras Wenceslai Caeſaris 1396. quibus nobili uiro Balthaſari de Sliwen praedium N. conceſſit: das Schloß und Veſte N. mit gerechten; dörfern, rechten; zinſen; gülten; lehen; zolle; teichen; waſſern; waſſerlaufften; eckern; wieſen; wieſematten; welden; püſchen; allen nutzungen geſucht und ungeſucht/ nichts ausgenommen: dagegen ſolle der von Sliwen alles dieſes von uns und unſern nachkommen zu lehen tragen; ſolches lehen zu rechter zeit muthen; uns treu und gewärtig ſeyn; in unſerm hoflager/ ſo offt wir ihn ruffen/ erſcheinen; uns mit vier ſpieſſen und vier ſchützen dienen; vier wochen auf ſeine koſten/ darnach ſollen ſie von uns bezahlet werden; was ſie auch/ als ſie uns dienen/ vor ſchaden nehmen/ den ſie eydlichen beweiſen mögen/ den wollen wir ihnen gütlichen richten und bezahlen. Quae omnia mihi talia eſſe uidentur, ut, cum arbitrio b. f. nihil iam relictum eſſe uideatur, ſt. i. iudicia habeant locum. Neque ullius hodie prouinciae memini, cuius feuda aliena ſint a clientelaribus libellis. Eadem ratione quamuis locatio conductio b. f. ſit; quod ſi tamen ſingula momenta eius litteris concipiantur (man richtet deßwegen weitläufftige pachtbrieffe auf/ darüber man ſich auf alle Zufälle vergleichet) ego iudicem non formula inſtruerem, *ex bona fide, inter bonos bene agier oportet, quo aequius melius*; ſed contra: *prout ſcriptum eſt, ita ius eſto; tanti damnetur, quantum promiſit*.

(x) Quamuis uero formula clientelaris etiam breuior ſit: non tamen eapropter ab arbitrio feudum pendet iudicis, b. f. uerum ad mores; ſtatuta; leges, exigi debet, quae omnia *ſt. i.* Olim quidem cum feuda rariſſima eſſent *p. 3. litt. c. p. 77. litt. g.* difficilis erat & ſubobſcura *conſuetudinis* indagatio, quae facile nunc patet, in patria minimum, fere uniuerſa clientelari. Certiſſimus quoque ſum, ante tria ſecula & quod excurrit, nullam prouinciae conſtitutionem feudalem ullibi locorum extitiſſe: quae tamen hodie

*Olim nullae; hodie plurimae LL. feudales.*

facilia ſunt ad diſſoluendum (y); cum pleriſque is error ſit, ut cum iudiciis *bonae fidei* commiſceant interpretationem, quam uocant, *extenſiuam* (z), quod omni ex parte eſt ineptiſſimum.

§. VII.

---

die propemodum infinitae ſunt. Bey allen Landes und Policey Ordnungen finden ſich nun Geſätze von dem Lehenrecht. Ius commune feudale taceo, quod tenuem habet in Germania aetatem. Quae itaque olim arbitrio iudicis, b. f. ſteterunt in clientelaribus cauſis: illa hodie adſtricta ſunt ad *formulas* clientelares; tum ad *mores*; deinde ad *ſtatuta*; poſt ad *uiciniae* iura; demum ad *ius commune* Longobardicum. Qua de re plura inferius ex inſtituto.

*Contrariorum diſſolutio.*

(y) Supra iam confutauimus argumenta contra ſentientium, qui feuda referunt ad iudicia b. f. Verum reſtant hic aliqua, quae diſſolui debent ſigillatim. Primo EMI FEVDA, dicunt, id eſt, acquiri contracta b. f. Reſp. Diſtinguendum eſſe inter *ſimplicem* emtionem & illam, quae eſt *formuralis*. Prima eſt *b. f.* non altera; quae *ſt. i.* quod modo attigimus p. *101.* litt. *t.* Inde feudalia inſtituta uolunt, ut ſecundum litteras clientelares, mores, leges ſententiae ferantur quod in ſt. i. iudicio fit; non ex ingenii religione, cui nihil hic relictum eſſe, reperimus. Deinde effectus *b. f.* actionum, *p. 91. litt. b.* notatos, offendi etiam perhibent in feudorum inſtitutis. Reſp. Fallaciam cauſae hoc eſſe. Si enim aliqui feudis quoque congruunt:

1 fit hoc, feudalibus inſtitutis *id uel*
*ſigillatim* uolentibus *p. 91. litt. b. n.*
*4.* uel, quod moribus noſtris in *ſtr. i.*
etiam iudicio id hodie aequum eſſe,
putemus, quod Romani ſolis dede-
2 runt actionibus *b. f.* Repete exem-
pla *p. 92. litt. b. n. 1. p. 94. litt. e. n. 2.*
prodita. Poſt reciprocas tamen
adeſſe etiam in feudis praeſtationes,
dicunt, quae actionibus *b. f.* dederint
3 cauſam *p.* *litt.* Reſp. Bo-
nae f. omnino fore feuda eapropter;
modo clientelae non euaſiſſent *for-*
*mulares*, quod docuimus *p. 99. litt. q.*
Cetera, quae in partes fluere contra-
4 rias uidentur, correximus *p. 90. ſqq.*

*Confuſio interpretationis extenſiuae cum iudicio b. f.*

(z) Parco nominibus maximo-
rum uirorum, qui feuda ideo uel *b. f.*
uel *ſt. i.* dixerunt, prout contractum
feudalem uel *extenſiuae* uel *ſtrictae*
5 habuerunt interpretationis. Fatua
omnino iudicia & fragile filum con-
ſecutionis: cum inter iudicis arbi-
tria & regulas interpretis quamplu-
rimum ſoleat intereſſe. Scilicet
6 interpretis *finis* eſt, ut coniecturis
aſſequatur, quid dixerint ſcripſe-
rintque contrahentes; iudicis au-
tem b. f. ut ex aequitate ſuppleat ea,
quae neque dixere partes neque
7 ſcripſerunt. Illius *obiectum* ſunt
uerba & litterae contractuum: hu-
ius autem elinguis conuentio. In-
terpretatio ſenſui contrahentium
*conformis*: iudicium *b. f.* ſoli con-

cinna

*Feuda num ſigillatim*

§. VII. Verum a diuerticulo (a) in uiam. Non ſatis eſt, multis *uniuerſim* feuda contractus audire. Sunt enim alii, qui certa conuentionum genera feudis tribuunt *ſigillatim*: quamuis illi iterum hoc faciant diſſimiliter (b).

*a) locatio?*

Aliis feuda ſunt LOCATIO CONDVCTIO, eaque perpetua atque aſſidua (c) ein erbpacht: aliis PRAE-

cinna eſſe debet aequitati. Interpretem *inſtruit* linguae peritia: iudicem *b. f.* ars aequi & boni & quae alia diſcrimina ſunt generis eiusdem. Non ergo huius loci ſunt argumenta quaeſtionum: *utrum heredum nomine etiam teſtamentarii; adpellatione liberorum, etiam filiae* intelligantur in clientelari libello; quod omne conficiet *interpres feudalis*, quem inſtruemus ſuo loco. Quid? quod *b. f. iudicia* ſtrictam quandoque interpretationem requirant: & contra *ſtricti iuris* actio *extenſiuam*. Sed ad portum; cum ipſi agnoſcamus, iuſto diutius nos cunctatos fuiſſe in hoc argumento. Veniam tamen dabit nobis ille, qui gnarus eſt itineris infeſti ac ſcopuloſi ex ſyrtibus & ſalebris doctorum.

*Cauſae digreſſionis.*

(a) Longius, quam uoluntas fuit, a propoſito argumento, num feudi GENUS ſit *contractus?* digreſſi ſumus. Ea enim occaſione reſpondimus quoque quaeſtiones: *num feuda contractus ſint* NOMINATI *p. 88. litt. y. num in* PACTIS NVDIS *ciuilis apud nos obligatio p. 86. litt. x. num in contractibus innominatis hodieque locus ſit* POENITENTIAE? *ibid. numque actiones ex feudo* BONAE FIDEI *p.*
1 *91. litt. b. c. d. e. f. ad pag. 95. an* STRICTI
IVRIS? *p. 95. litt. g. h. i. k.* & quae
ſunt eiusmodi, non tam noſtro in-
ſtituto tractata, quam doctorum
cauſa, qui hiſce ſcopulis recto itineri
2 afferunt impeditiones.

*Cauſae diſſimilium ſententiarum in contractibus feudo adſignandis.*

(b) Quoniam feuda modis pro-
pemodum infinitis hodieque ac-
quiruntur: nunc *donatione*, iterum
*emtione, permutatione, locatione* ope-
3 rarum, *ſocietate, inueſtitura, priui-
legio, pactis* & ſi quid eiusmodi; facile
eſt ad intelligendum cauſas diſcri-
minum & uarietatis. Quae omnia
tamen unam tantum claſſem conſti-
4 tuunt illorum, qui feuda ipſa cum
modis confundunt, illa acquirendi.

*Feuda num locatio aſſidua* ein erbpacht.

(c) Cum noſtro tempore aſſiduae
locationis frequentior uſus ſit, ma-
xime in oris regis Poruſſiae, qui
5 abhinc tribus annis & quod excedit,
hac ratione reditus prouinciarum
ualde auxit, quoniam praefecturas
fiſcales pro certo canone & arrha *dem
erbſtands geld* perpetuo tradidit lo-
6 catoribus: operae pretium fore exi-
ſtimaui, ut inferius ex inſtituto age-
rem de hoc contractu ſigillatim.
Differentiae eius a feudis plures
ſunt. Nunc aliquae ſufficiant. Pri-
7 mo locatori nullo *fidelitatis* officio
obligantur conductores, quod fit

tamen

PRECARIA (d), uel PRECARIVM quoque, ex indole feudorum, ut putant, uetuſtiſſima: aliis SOCIETAS (e), cum nexus clientelaris mutuus ſit inter dominum & uaſallum; qua etiam cauſa conferri is poſſit CONIVGIO (f):

b) *precaria* c) *ſocietas* d) *coniugium.*





tamen in feudis, Deinde omnis *beneficii* hic ratio exulat; quoniam fere ſub haſta & cera locari ſolent haec praedia plurimum licitanti. Demum locator plenum *dominium* retinet praedii conducti, accipit uero uaſallus utilem dominii partem & quae ſunt generis eiusdem. Quod ſi tamen locatione feuda contrahi, quis exiſtimauerit, ego non refragor. Moribus enim antiquis feuda non pretii; ſed *operarum* ergo, a uaſallo praeſtandarum collata ſunt. Neque indignum eſt uel domino uel uaſallo locationis uerbum. Dicimus enim ſermone Romano; *locare uirginem in matrimonio, in nuptiis.* Quamuis certiſſimum ſit, aliud eſſe feudum ipſum; aliud contractum, quo conſtituitur feudum. In definitione quaeſtio de primo eſt, non de altero. Conferatur huc interim *HOTOMANNVS cap. 2. feud. p. 17. SONSBECK part. 2. feud. n. 20. p. 23. GIPHANIVS in tract. feud. cap. 3. n. 13. 14. 15. RITTERSHVSIVS lib. 1. c. 3. p. 59. Hug. GROTIVS* in der einleitung zur holländiſchen Rechtsgelarheit *cap. 40.* Qui etiam doctores de agris *uectigalibus* & *ſtipendiariis*; colonis *adſcriptitiis*; praediis *limitrophis* aliisque agunt, *p. 42. litt. x.* de quibus infra erit plenior locus dicendi.

*Precarii & precariae*

(d) Quoniam feuda quondam beneficia fuerunt reuocabilia pro domini arbitratu I. F. I. §. I. igitur ſunt, qui PRECARIVM, cum feudo commiſcent. Aliud longe ius PRECARIAE, quando uſumfructum fundi ſui ea quis conditione dedit, ut hunc cum alio fundo uſufructuarii, poſt huius mortem reciperet. Atque hac eſca piſcator eccleſia opes ad ſe maximas traxit. Dedit enim ſarcimen, ut pernam reciperet, qui ſermo eſt uulgi. Fraus mereri nobis uidetur, ut ſcenam eius inſtruamus ſigillatim. Quilibet tamen uidet, quod precarium non ſit de *eſſentia* feudi: *precaria* autem plerumque in uſufructu conſtituatur, quamuis nihil obſtet, quo minus hac etiam ratione feuda dari poſſint reddique.

*differentiae utriusque a feudo.*

(e) Si uerbum ſocietatis latius acceperis pro unione plurium ad reciproca officia: non dubitarem feuda dicere *ſocietatem*, eamque *inaequalem* inter dominum imperantem & uaſallum, obſequentem. Verum hoc ſenſu ſocietatis nomine leges uere non utuntur. Et taceam, feudi uerbum proprie commoda uaſalli notare, non domini ſimul, quod diximus *p. 60. litt. h.*

*Societatis a feudo.*

(f) Cum uaſallus fidem domino addicat idque fiat cum religione iurisiurandi, indignum eſſe crederere, ſi feuda dicerentur contractus, a quibus illa tantum abſint, quantum abeſt, ut hoc nomine connubia ad-

*Coniugii a feudo.*

*e) pactum*

aliis PACTVM (g), quibus ſcilicet indignum eſſe uidetur nexu fidelitatis mercenarii contractus uocabulum: aliis

pellentur. Sacrum eſſe putant utrobique uinculum huius ſocietatis necquicquam mercenarium. Verum haec ſuperſtitionem, ſaepiunt. Quamuis enim in ipſis etiam connubiis religionis quadam nimietate peccare uideamur: emuntur tamen hodie feuda nullo pudore; officia fidelitatis etiam aeſtimantur pretio nummorum: ut ſatis manifeſtum ſit, feuda eſſe in commercio. Schematibus autem locus non eſt in definitionibus; quibus tamen ita ſentientes uolunt adiuuare.

*Pacti a feudo.*

(g) Ut pacta ſimplicia dicant conuentiones feudales, his cauſis mouentur. Primo, quoniam ciuili iuri de feudis nihil conſtet, itaque fruſtra eſſe, reuocare ea uelle ad ſymbola, ritus, ordines formatorum contractuum in legibus Romanis. Deinde uti pactis regna transferantur iure gentium; ſic etiam pactis feuda deferri. Indignum enim utrinque fore, regna ant feuda maiora alia emi aut locari: cum Dei uicariatus, quem principes habeant, male ponatur in commercio. Verum repono, ad 1) recte dici, contractus legum Romanarum feudis eſſe inconcinnos: niſi loca euoluantur *p. 42. litt. x.* & *p. 37, litt. n. o. p. q. r. s. u,* adnotata; quae uero e curiis noſtris exulant. Saepius autem mirari ſoleo, longobardica iura non tuto ad illa prouocaſſe, antequam peculiaria accepere feudorum inſtituta. Male tamen inde

1 colligitur: quod eapropter feuda
ſint pacta iuris gentium. Nam illa
indoles, quam habent, non gentium
& naturae legibus debent: ſed ar-
bitratui legislatoris. Quapropter
2 nominatis contractibus pactiones
de feudo accenſenda fuerunt *p. 88.*
*litt. y.* Ad 2) Reſp. Dediſſe nos,
feuda in contractibus iuris Romani
non reperiri; falſo autem hinc in-
3 fertur, itaque feuda ſunt pacta iuris
gentium; habent enim ab utroque
iure diſtinctas rationes. An uero
dignitati principatuum minus con-
ueniat; ſi iſti emantur: theologi
4 diſputent & iuris naturalis inter-
pretes. Moribus ſane noſtris nihil
noui eſt, regna & principatus ha-
beri in commerciis & uideant, qui
hoc improbare uolunt, utrum con-
5 ſultius ſit: rempublicam fortioribus
belli remediis acquiri; an uero miti-
oribus, conſiliis nummisque. Faceta
ingenia enim ſunt, quae hic fingunt
ſimoniam. Leges, quas hic obiici-
6 unt, nullius ſunt momenti, Primo
*l. 5. ff. de pact.* diuidit pacta in *pu-*
*blica* & *priuata* & haec in *legitima*
h. eſt *ciuilia* & *iuris* gentium ſ. na-
turae; publica lex *pacem* dicit; ergo
7 feudi genus eſſet *pax*. Largior tamen
feuda *regalia* ſtylo curiae Romanae
*pactis* conſtitui: *uulgaria contracti-*
*bus*, quo nomine ueniebant conuen-
tiones priuatorum. Ceterum ego
ita ſentio, pudeat principes, quod
*uendant* feuda *p. 56. q.* non doctores,
qui rem uulgari nomine adpellant,

con-

aliis GRATIA (h),cuius uerbi multiplex diſputatio;uel *f) gratia.*



contractu emtionis. Conf· tamen *l. 7. §. 13. 14. ff. de pact.* & *l. 83. §. 5. ff. de V. O.* In *emtitiis feudis* plenior erit locus hac de re agendi. Conferantur interim, quae diximus *p. 65. litt. q.*

*Feudum an* GRATIA?

(h) Feuda GRATIAE nomine adpellant doctores, idque recte & ſecus, prout uel uniuerſim id uolunt uel ſigillatim de certo genere feudorum. Scilicet feuda uel conferuntur cum nexu officiorum fidelitatis & hoc intuitu *res gratiae*, quas dicimus, non ſunt, uerum contractus, qui fere in operarum conductione uerſantur, quod oſtendimus *p. 93. litt. d. n. 4.* uel, officiis hiſce ex ſingulari beneficio & *gratia* remiſſis, cuius demum generis feuda merentur liberale *gratiae* uerbum audiuntque gnaden lehen. Patet diſcrimen maxime in feudis noſtris ſalinariis. Horum enim alia cum pleno onere poſſidentur clientelari, alia uero absque eo, quae mere lucratiua ſunt, a principe conceſſa non ob ſpem officiorum aliquam, uerum liberaliter, beneuolentiae, paupertatis, pietatis ergo, audiuntque noſtris die gnadenpfänner. Quamuis tribus abhinc annis e re uiſum ſit, ut illa in alium ſtatum uerterentur. Et in hoc genere negarem principem uaſallo teneri ad *euictionem* 2. F. 8. 25. qui textus loquuntur de feudis ordinariis: non uero von gnaden lehen. Qui ex alia cauſa feuda GRATIAS dicunt principis, illi uel ludunt uerbis uel in errore uerſantur. Alterutrum uerum eſſe puto de omnibus

*Gnaden lehen.*

*Errationes doctorum.*

1 doctoribus, qui feuda GRATIAE titulo
extollunt commendantque ideo in
feudis extenſiuas interpretationes.
In quo numero ſunt; *SCHVRPFIVS*
*centur. I. conſil. 98, n. 6. 7. Anton.*
2 *PEREGRINVS lib. 1. conſil. 25. n. 7. 8.*
quorum reſponſa haec opinio egit
in transuerſum. Docent etiam ita
*BALDVS in praelud. feud. n. 9. ZA-*
*SIVS part. 1. n. 4. LAVDENSIS lib.*
3 *1. tit. 11. feud. n. 9. ROSENTHALL*
*cap. 1. cond. 7. n. 2.* & *cap. 2. cond. 72.*
*n. 6.* & *cond. 75. in fin.* in quibus lo-
cis laudat quam plurimos; *ANTO-*
*NIVS diſp. 1. th. 2. litt. a. p. 13. HOR-*
4 *NIVS cap. 2. §. 12. p. 53.* Neque eſt,
quod omnia tamen feuda beneficia
dicantur 2. F. 23. quod gratiae ſyno-
nymum. Reſp. Beneficium hoc
non liberalitatis eſſe; ſed remune-
5 rationis, ut plene diximus *p. 63. litt.*
*o. p. q.* Quod ſi ergo eodem hoc ſen-
ſu gratiae nomine uti uelis, me non
habes aduerſum. Modo hac ratione
uis non inferatur uocis ſignificatui;
6 quem forte adiuuare poſſum diplo-
mate ducis Britanniae ad an. 1239.
*inſuper* GRATAMVS & *concedimus* re-
liqua, *d' ARGENTRE en ſon hiſt. de*
*Bretagne liu. 4. ad h. a.* ubi GRATARE,
7 idem, quod concedere, qui ſenſus
feudo admodum concinnus eſt. Ce-
terum *ALVAROTTI* concluſio ad-
modum faceta ad *1. F. 8. n. 3.* qui
epiſcopi & praelati a papa promo-
8 uentur firmanturque eius illi ſunt,
uaſalli. Quae ſuperſtitio cauſa fuit
quare plures epiſcopi & abbates con-
ſuetudine medii aeui ſcripſere: *nos*
*dei*

*Gratiae uerbi ſenſus latior.*

*Epiſcopi nunc papae uaſalli?*

*g) conceſſio,* *h) priuilegium,*

BENEVOLA, quam dicunt, conceſſio (i); uel PRIVILEGIVM, quae fere ſunt generis uniusmodi (k): nonnullis etiam feuda homagium eſſe uidentur uel INVESTI-

---

*dei & pontificis gratia.* Quas formulas collegere *FRESNEVS in gloſſ.* & *MABILLONIVS de re diplomat.* aliique. Utinam firmum eſſet filum conſecutionis! Ita enim ex iisdem cauſis profeſſores tot *uaſallo* haberemus, quot creauerimus *magiſtros* & doctores. Et forte inter reliquias papatus numerari meretur, quod uinculo iuriſiurandi adſtringimus hodieque ſcholaſtici honoris candidatum; *ut ordini collegioque promotori perpetuo honorem & reuerentiam habeat.* Neque enim ſatis nobis eſt, haec officia relinquere cuiusque pudori. Conf. huc *p. 71 litt. x. n. 2.*

*Feudi genus num beneuola* conceſſio?

(i) Patrocinium huic opinioni facere uidentur ipſa feudorum inſtituta *2. F. 23. beneficium nihil aliud eſt, quam* BENEVOLA ACTIO *tribuens gaudium capientibus capiensque tribuendo.* Verum iam dictum eſt *p. 67. litt. r.* Ictum ita non feudum definire: ſed beneficium, feudi genus, ſupra propugnatum *a p. 62. ad p. 68.* Addo iudicium, quod prodidi de legalibus definitionibus, quae legis non ſunt; quamuis in ipſa lege offendantur: uerum interpretis legum *p. 66. litt. r. p. 26. litt. r. n. 2. p. 27 n. 2.* Taceo, quod actio beneuola feudalem tantum conuentionem tangat, non feudum ipſum *p. 60. litt. g. & h.* quod deſideratur in definitione. Valde itaque miror, ineptiſſimum genus tanto applauſu exceptum eſſe a doctoribus, maxime cum *Ioh. RAYNAVDVS* (an. 1420.) *cap. 1. feud. n. 7.* differentias eius his uerbis dilatauiſſet: *feudum eſt beneuola, libera & perpetua conceſſio rei immobilis uel ſolo cohaerentis aut inter immobilia computatae ad utendum fruendum cum translatione utilis dominii, proprietate retenta, ſub fidelitate & exhibitione ſeruitii.* Exquiſitae ambages! ad torquendum & confundendum ingenia iuris cultorum. Quaſi uero uno hiatu deglutienda eſſet omnis doctrina clientelaris. Qui tamen eius pretii finitionem ſequuntur, ſunt *ALVAROTVS ad 2. F. tit. 23. c. 1. §. fin. INTRIGIOLVS q. 1. feud. n. 30. ZASIVS part. 1. n. 3. de bella PERTICA tit. 1. de feud n. 9. Frid. SCHENCK ad lib. 3. de feud. tit. 1. n. 2. 3. 4. p. 311.* qui eandem fruſtra, ſed late tuetur; quod pari conatu facit *SONSBECIVS part. 2 n. 1. 2. 3. ſq. p. 18. 19.* Confutatur illa ab *HVNNIO c. 5. feud. def. 3. 4. p. 44. Io. COPPEN Obſeru. feud. 1. n. 17. p. 13. SVEVO diſp. feud. 2. §. 1.* Taceo alios *p. 80. litt. o.* laudatos.

*Feudi genus num* priuilegium.

(k) Omne quidem priuilegium gratia & beneficium eſt; non contra, omnis gratia priuilegium. Primum exponitur *p. 37. litt. n.* Quorſum conferri poteſt *Petr. FABER Agoniſtic. lib. 2. c. 17. p. 161.* Feuda itaque beneficium principis eſſe poſſunt neque tamen ideo referri merentur inter

VESTITVRA (l), quod hac ratione illa demum rite conſtituantur: DONATIO tandem feudis tantopere uicina uidetur aliquibus (m), ut eam pro genere eorum agnoſcant. Satis autem de his. Cum enim haec ſingu-

*i) homagium.*

*k) donatio.*



inter principis priuilegia. Feuda *ſequuntur* legem: priuilegia a lege *eximunt*. Illa *regulam* conſtituunt: haec uero *exceptionem*. Recte igitur *BALDVS in praelud. n. 9. niſi contra naturam feudalem* (indolem eius conſuetam) *feuda conferuntur, e. g. ut foemina ſuccedat; et ab officio fidelitatis uaſallus immunis ſit*, quo intuitu *gratiae* feuda referri queunt inter principis priuilegia *p. 107. litt. h. feuda priuilegia dici nequeunt.* Multo ergo minus feuda poterunt per priuilegii uocabulum definiri. Idem *IASON de uſib. feud. n. 30. p. 197.* & *Mart. LAVDENSIS tit. 1. n. 9.*

*An inueſtitura uel homagium?*

(l) Vix pretium eſt operae huius opinionis facere mentionem. Primo enim confunditur homagium cum iuramento fidelitatis: deinde eſſentiae feudorum tribuitur, quod moribus quorundam locorum a feudo poteſt abeſſe *p. 71. litt. y* Demum modus conferendi & conſtituendi cum re conſtituta, ſcilicet ipſo feudo, commiſcetur, errore omnibus fere generibus, hactenus recenſitis, communi. Dicetur illa de re plenius in loco de *inueſtitura* feudorum. Interim conferatur *IASON ſuper uſib. feud n. 7.* qui dicit, homagia ſero feudis acceſſiſſe, *INTRIGIOLVS quaeſt. 1. feud. n. 15. LAVDENSIS tit. 1. n. 18. MOZZIVS cap. 1. feud. n. 5. BOÇERVS de qualit. feud. c. 1. n. 7. HVNNIVS cap. 5. feud. def. 4. p. 44.* qui omnes redarguunt ita ſentientes.

*Num donatio?*

(m) Donationem feudi genus eſſe, id quidem ex pluribus cauſis uidetur eſſe probabile. Nam 1) ſynonymum eſſe uidetur BENEFICII, quod p. 62. & 63 adhibuimus generis loco in definitione Deinde 2) in formulis feudalibus frequenter uerba adhibentur, donamus & concedimus in feudum. Poſt 3) donatio doni quaſi datio eſt, qua cauſa refertur inter iura in re, quorſum pertinent quoque feuda. Verum enimuero donatio eſt *actus*? quo ſenſu non quaerimus feudi definitionem *p. 63. litt. o. n. 3. p. 60. litt g. h.* quemadmodum traditione dominium transfertur; dominium tamen non eſt traditio. Ad oppoſita argumenta Reſp. 1) donationem in eo conuenire cum beneficio, quod illa etiam eſſe poſſit cum onere u. g. alendi donatorem aut, quod fere idem, cum nexu fidelitatis *l. 1. C. de donat. quae ſub modo* uerum tamen non accipitur pro re donata, ut beneficium pro re adhibetur beneficii loco data *p. 63. litt. o.* Ad 2) uerbi *donare* in medio aeuo paulo amplior fuit ſignificatus, qui reſpondit τῷ tradere & concedere. Quemadmodum in uernacula Wein ſchencken dicimus; quod idem, quam dare

uinum

*Quae omnia confutantur.*

ſingula, quomodo feuda conſtituantur explicent; non uero quid illa ſint (n): igitur ab indole definitionis pror-

uinum etiam emtoribus. Hoc remedio facile diſſoluitur nodus, quem nectunt ICti apud *IASONEM in praelud. feud. n.* 11. 12. *Formula illis ſe offert, ubi rex principi Tarentino principatum Achaiae* his uerbis contulit: DONAMVS, *damus & tradimus* cetera. Trium certe uerborum idem ſenſus eſt. Quae enim tautologiae noſtris auribus graues ſunt & moleſtae: illis barbari ſcriptores ad delicias ſunt uſi tempore medii aeui. Habeo etiam eiusdem aetatis diplomata, ubi legitur: ſchencken/geben/verleihen ihme dieſes gut. Inde tamen conſequens non eſt, feudum huius formulae uel *gratiae* eſſe ein Gnaden lehen; uel *gratuitum*. Ad 3), repetenda ſunt, quae modo regeſſimus ad primam oppoſitionem. Ceterum nemo inficias iuerit; plurima in feudalibus inſtitutis reperiri, quae decerpta ſunt ex iuris ciuilis illo titulo, qui agit de *donationibus*, ob ingratitudinem, *feloniam* feuda dicunt, reuocandis.

*Feuda neque uniuerſim* contractus *eſſe neque ſigillatim.*

(n) Illorum argumenta hucusque confutauimus, qui feuda uel *uniuerſim* dicunt CONTRACTUS, *p. 83. litt. t.* uel *ſigillatim* conuentionis aliquam SPECIEM eligunt, quae generis locum hic poſſit ſuſtinere. Id quod commentarius dabit, quorſum remittimus lectores. Verum ſummatim quoque attingendae ſunt cauſſae, quare fieri non poſſit, feudi genus uel contractum eſſe uel ullam conuentionis ſpeciem. Nam

*Argum. primum.*

1 primo feuda accipiuntur uere pro IVRE, quo fruitur uaſallus, propter officia fidelitatis *p. 60. litt. h.* alii autem ſignificatus, *ibidem* non minus proditi, improprii ſunt propterea-
2 que abſunt ab indole definitionis. Quemadmodum ſcilicet uſusfructus & ſeruitutes aliae differunt a conuentionibus aut contractibus, quibus conſtituuntur *§. 4. fin. I. de ſer-*
3 *uit.* Deinde quamuis pleraque feuda conuentione conſtituantur, dantur tamen alii etiam modi, utpote praeſcriptio & uſucapio, quibus cum contractibus nihil commune. Ge-
4 nus autem feudi neceſſum eſt, ut omnes feudi ſpecies ſub ſuo contineat complexu. Poſt definitio exponere debet, QVID ſit definitum: non quale ſit aut quomodo conſtituatur.
5 Hactenus autem recenſita improbataque genera alterum faciunt, non primum. Fruſtra principem definiueris per populi ſuffragia, licet hiſce eidem deferatur principatus.
6 Hac libella ego rem aeſtimo. Aliorum enim rationes minus quidem mihi habere uidentur roboris. Contractus, inquiunt, de rebus priuatis ineuntur *l 7. §. ſi paciſc. & l. 38. ff.*
7 *de pact. l. 53. §. ſacram. ff. de V. O.* feuda autem ſalutem reſpiciunt reipublicae, cuius ſunt ſuſtentacula. Reſp. Idem de mercenariis militibus uerum eſſe: ſed horum tamen
8 operae dicuntur locari & conduci. Ut taceam, contractus uerbum etiam accipi de negotio publico *l. 6. §.*

*alterum.* *tertium.* *quartum.*

3. C.

prorſus mihi abeſſe uidentur. Quod etiam ante me deprehenderunt doctores (o).

*III.* a FINE *a) clientela*

§. IIX. Sequitur TERTIA claſſis, illorum ſcilicet, qui *officia* uel domini uel uaſalli cum ipſis feudis confundunt (p). Quibus ideo feudum eſt uel CLIENTELA (q), clientum uero munera fuere militaria, quod ſe-

---

*quintum.* *3. C. de his, qui ad Eccleſ. confug.* Porro fidelitatem erga dominum honorem & regalia in feudo maxime dignitatis fore mercenaria, ſi referantur ad contractus: quod tamen indignum ſit, cum eius generis iura neque pretium habeant, neque commercia. Reſp. Contractum in ampliori etiam ſenſu dici pro obligatione generis cuiuscunque *PAVLO* teſte *l. 20. de iudiciis.* *ultimum.* Adde, quae diximus *p. 64. litt. p.* & *p. 106. litt. g. n. 7.* Ad extremum neminem hodie ex feudalium iurium doctoribus reperiri, qui hunc in ueteranis errorem non pridem exploſerit. Reſp. Contrarium oſtendere nomina *p. 84. litt. t. n 3.* allegata; ut taceam ſaepe in peius ire ſecula iuniora. Verum tria argumenta, quae ab initio produxi, ſatis erunt ad expungendum contractus & conuentionis nomen ex feudi definitione: ut opus non ſit fuco & fallaciis.

*Farrago doctorum.* (o) Qui ante nos errorem hunc, feuda contractus eſſe, confutarunt, ſequuntur. In quo numero ſunt *HOTOMANNVS lib. 6. obſeru. 7. CVIACIVS in comm. feud. in fin. proleg. FACHINEVS lib. 7. contr. 1. WESENBEC. c. 1. feud. n. 3. ARVMAEVS diſp. 1. a. §. 24. ad 28. SCHROETER*

1 *in arb. feud. diſp. 1. §. 19. p. 35. BOCERVS de qualitate feud. c. 1. n. 6. COPPEN feud. obſ. 1. n. 18. p. 14.*

(p) Confutauimus *primum* illos, *Nexus dicendor.*
qui REM ſiue obiectum, feudi loco
2 adſignatum cum feudis ipſis miſcent
§. 3. p. 80. *deinde*, prolixius paulo,
eorum ſententias euertimus, qui
feuda MODVM dicunt, illa conſtituendi
propiereaque definiunt eadem
3 pacta, contractus eosque uel nominatos
§. *4. p. 80.* uel innominatos
§. *4. p. 88.* uel bonae fidei *§. 5. p. 89.*
uel ſtricti iuris §. *5. p. 95.* uniuerſim:
uel etiam hanc uel illam ſpeciem
4 contractuum hoc cenſu ſigillatim
aeſtimant §. *6. p.* 104. *ad p.* 111. Nunc
ad *tertiam* claſſem deuenimus pſeudo
generum, illa ſcilicet, quae FINEM
id eſt officia feudalia cum ipſis feu-
5 dis, perturbato non minus ordine,
confundunt. Cum tamen ſaepius
dictum ſit doctumque *p. 60. litt. g. h.*
feudi proprium ſignificatum non
officia notare, ſed commoda, officio-
6 rum cauſa uaſallo delata.

(q) Diſtincte *HOTOMANNVS* *Feuda num ſint* clientelae?
*cap. 4. feud. p. 23.* *Accedamus ad feudi*
DEFINITIONEM. Tres *feudi partes no-*
*tandae* perſonae; res; ius. PERSO-
7 NAE *ſunt dominus & uaſallus, inter*
*quos clientela contrahitur;* RES *eſt ma-*
*teria*

*b) foedus* ſecus eſt in feudis: uel etiam FOEDVS, quod dicunt in-

*teria feudi, utpote honores, imperia, poteſtates, praedia, uectigalia:* IVRA *poſtremo utriusque perſonae & rei. Feudum ergo ex parte* DOMINI *beneficium eſt p. 62. §. 4. ea lege tributum, ut quodam obſequii genere ipſius aucto rem agnoſcat. Ex parte autem* VASALLI *feudum eſt ius utendi fruendi re aliena ſub lege fidelitatis.* CONIVNCTIM *autem* (ex parte & domini & uaſalli) *feudum eſt* CLIENTELA *militaris* (quia ſatis eſt definitionem uerum eſſe ex maiori parte arg. l. 10. ff. de Stat. homin.) *ea lege contracta, ut cliens pro beneficio accepto militarem operam praebeat; uiciſſimque patronus ſuam illi fidem beneuolentiamque praeſtet.* Quin uero ſummi uiri doctrinae hic ſubſcribam; plures mihi cauſae ſunt, aliis non obſeruatae.

*Collatio clientelarum & feudor.*

Fateor quidem plurima eſſe, in quibus conferri poſſunt clientes Romanorum noſtris uaſallis. *Primo* clientelarum aliae *datae* fuerant, beneficio dominorum, qui ſeruos manumiſſos ſub clientela retinuere: aliae autem *oblatae*, quando homines aut principes tenuis fortunae ſe in patrocinium dedere uel reipublicae Romanae uel praepotentis alicuius ciuis *l. 7. ff. de captiu. & poſtlim.* ſic eadem pene ratione feuda *data* habentur & *oblata. Deinde* clientes in nexu fuerant *fidelitatis* erga patronum; uti uaſalli erga dominum. In clientibus *porro ingratitudo* punita eſt, etiam reductione in priſtinam ſeruitutem; poenae grauis etiam
1 rigor in uaſallos. Patroni clien-
tum *tutores* fuere: dominorum et-
iam *fructuaria* tutela in uaſallos pu-
pillos. Et quae alia ſunt ex *ff. lib.*
*38. tit. 14. 15. C. lib. 6. tit. 6 7.* repe-
2 tenda, ubi iura patronorum & li-
bertorum clientumque officia ex-
plicantur. *LIVIVM & HALICAR-*
*NASSEVM* hiſtoricos taceo, cum
eorum loca exhibeant humaniores
3 legum eius generis interpretes.
Qua iurium ſimilitudine factum
quoque eſt, ut cultiores Icti iura
feudalia clientelaria adpellent; feu-
da, clientelas; uaſallos, clientes. Ve-
4 rum aliud eſt, feuda dicere cliente-
las: aliud hoc uerbo feuda definire.
Alterum mihi uidetur praeter rem
eſſe & rationem. *Primo* enim feudi
genus ſpecies illius quascunque
5 complectitur: quod tamen deſide-
ratur in clientelis. Maior enim
pars necquicquam ſufficit Icto Phi-
loſopho, *p. 66. litt. r. p. 26. litt. r. s.*
Notum uero eſt, quod clientes pa-
6 tronis non alio fine praeſto fuerint;
quam ut defenderent, eos tuerentur-
turque. Contra in feudis fit, quo-
rum plurima quoque officia ſingu-
laria habent in *aulis, cancellariis,*
7 *foris, eccleſiis p. 12. litt. y. n. 2. p. 37.*
*litt. p. q. p. 38. litt. r.* Quod etiam
redarguerunt *Ioh. BODINVS lib. 1.*
*de republ. c. 7. p. 105. VVLTEIVS lib.*
*1. feud. c. 2. n. 7 p. 21 HVNNIVS c.*
8 *5. def. 1. p. 42. COPPEN obſ. feud. 1.*
*n. 7. p. 12.* Deinde clientelae *perſo-*
*nae* inhaerent clientis: officia ua-
ſalli feudalibus fere *commodis* Qua-
propter

*Diſcrimen utriusque.*

INAEQVALE (r); cuius tamen obligationis rationes



Propter uaſallus, feudo refutato, 1
quod refutare ei ſemper eſt inte-
grum, liberatur a nexu fidelitatis:
non cliens, qui uinculum laxare non
poteſt, inuito patrono. Lupereſſent
plura a feudis diſcrimina. Sufficiant 2
autem haec ad oſtendendum, cliente-
lae uocabulum feuda neutiquam de-
*Militia non cauſa eſt feudor. Germaniae.*
finire. Ceterum in eo fallitur fallitq;
alios *HOTOMANNVS feud. diſp. 1.*
*c. 4.* feuda militaria & prima fuiſſe 3
& communiſſima. In patria certe
noſtra id eſt falſiſſimum. Germani
enim feuda non ex alia cauſa con-
ſtituerunt, quam ob defectum pecu-
niae numeratae, cuius loco praedia 4
adſignarunt omnis ordinis officiali-
bus, utpote comitibus, miſſis regiis,
ſacris antiſtitibus; uiris palatinis *p.*
*38. litt r.* clientelarem uero mili-
tem, id eſt feuda militaria fere neſci- 5
uit patria noſtra *p. 3. n. 7. & 2. p. 77.*
*litt. g.* quam non clientes tuti ſunt,
uerum ſubditi, landſaſſii. Contra
Romani, qui aliis officialibus pecu-
niam numerarunt: ſolis fere militi- 6
bus *loco eius* diſtribuerunt, fundos,
uel quod his deuictae regionis ali-
qua pars cederet agrorum uel quod
fortiores fideique maioris fore cre-
derent praeſidiarios cohortes, ſi in 7
finibus ſua tuerentur. Verum pleni-
us de his in loco de *origine feudorum.*

*Feuda num foedus inaequale?*
(r) Ita *Hugo GROTIVS lib. 1. de Iur.*
*B. & P. cap. 3. §. 23. Difficilior mul-*
*tis uidetur quaeſtio de* NEXV FEVDALI. 8
*Nam in hoc contractu duo ſunt conſi-*
*deranda, obligatio perſonalis & ius*
*in rem. Obligatio* perſonalis *eadem*

*Grotii opinio exponitur,*
*eſt ſiue ius ipſum imperandi ſiue ali-*
*ud quiduis, etiam alibi ſitum feudi*
*iure poſſideat. Talis autem obliga-*
*tio non demit ius libertatis perſona-*
*lis. Quod apertiſſime conſpici datur*
*in feudis liberis, quae* FRANCA *uocant,*
*quae nullo iure in rem in ſola perſo-*
*nali obligatione conſiſtunt.* HAEC
*enim nihil aliud ſunt, quam* SPECIES
FOEDERIS INAEQVALIS, *quo alter al-*
*teri operam pollicetur, alter alteri*
*praeſidium & tutelam. Ius* in rem
*quod attinet, id quidem tale eſt, ut*
*ipſum imperandi ius, ſi feudi iure*
*teneatur, aut familia extincta aut*
*etiam ob certa crimina amitti poſſit.*
*Et tali iure uideo reges eſſe conſtitu-*
*tos a Romanis, ita ſcilicet, ut defici-*
*ente regia familia, imperium ad ipſos*
*rediret.* Breuiter, FEVDA aliqui
*defenditur.*
FOEDERA dicunt, *primo* quoniam re-
ciproca utrobiq; hic fidelitas: *deinde*
quoniam ſtare uti foederis iura, ita
feudalia quoque poſſint cum liber-
tate & ſummo imperio: *poſt* feuda
franca non rem obligatam habe-
ant; ſed perſonam: *praeterea* feu-
da a foedere ſint denominata: ad
*extremum* in multis feudorum in-
ueſtituris, Comitum Weſtphaliae
inprimis, foedus nominatim expreſ-
ſum, ut effectus in ſua cauſa *Wah-*
*rem. ab EHRENBERG part. 1. c. 3.*
*de foederib. n. 16. p. 307.* Verum enim
*Confutatur.*
uero differunt feuda a foederibus,
quod haec *primo* belli tantum offi-
ciis auxilioque abſoluantur: non
autem illa, ubi officia fidelitatis ua-
ria ſunt in aulis, curiis, eccleſiis *p 38.*
*litt.*

non tam res aut beneficium ſunt, quae officia reſpiciunt ex feudis oriunda: quam tutela operisque conci-

*litt. r. Deinde* feudorum obligationes reſpiciunt rem, utpote beneficium, loco feudi, collatum: foedera autem obligationes habent tantummodo perſonales. *Praeterea* uaſallus, re feudali neglecta, impunis abit ab officio feudali, ſed foederis nexus eſt perpetuus. Ad extremum ius *foederum* nemo habet, qui deſtituitur iure belli, hinc foedera landſaſſiorum genus ſapiunt rebellionis: contra cuilibet ſubdito integrum eſt, in *feudum* conferre alteri, quod habet. In Marchia, Pomerania & Meklenburgica ditione nullus fere opulentior nobilis, qui non habeat alios plures ſubuaſallos. *KOHLIVS de ſubfeudis c. 7.* et quae alia ſunt generis eiusdem, *Martin. MAGERVS de aduocatia cap. 15. §. 6. an. 39. ad n. 65.* plenus eſt in confutatione argumentorum; quae feuda miſcent cum foederibus: ſed multa is habet, quae leuia ſunt & inconcinna utriusque iuris differentiis. Contraria, quae opponi ſolent, ita diſſoluuntur. Ad ,1) *ropono.* In foederibus nexum fidelitatis ſemper eſſe reciprocum; non in feudis, ubi ex parte domini in locum fidelitatis ſucceſſit beneficium *p. 74. litt. a.* Taceo, nullum filum conſecutionis eſſe; angelus rationalis eſt, ergo angelus eſt homo. Deeſt enim ipſi GENVS definitionis, quod etiam deſideratur in foederibus, quae *pactiones* ſunt, ut late *EHRENBERG. part. 1. de foeter. cap. 1. n. 14. p. 13. ſq.*

*Dubia reſpondentur.*

1 non beneficia. Ad 2) *Reſp.* Quae in uno conueniant, non ſtatim eadem etiam eſſe in aliis. Interim *regna feudalia* a domino fere directo pendent, ut maieſtatis iura diſputari
2 poſſint principi intuitu prouinciae feudalis, quod etiam *ZIEGLERVS* animaduertit ad *lib. 1. Grotii cap. 3. §. 23. p. 160.* quare priſtini etiam aeui conſuetudines *feudi* nomen in-
3 concinnum eſſe, putarunt diademati regali, quod Boioariae illico depoſuit, ex quo principatum rex Boioariae obtulit in feudum Henrico aucupi, regi Germaniae. Conferatur
4 huc *c. 2. de iure adlegandi* von Reichsgeſandſchafften *§. 15. p. 38.* Quamuis illud diſſimulari nequeat, Romanam rempublicam feudis & regni nomen dediſſe & uaſallis regale
5 diadema. Plurima exempla habes in libro *de auſpicio regum. ſ. de iure reges adpellandi cap. 2.* integro, ubi *p. 106.* diploma Auſtriacum notabile eſt, quod Auſtriae duci titulum re-
9 galem impertitur, ea lege nominaim expreſſa: *ne quicquam ideo decedat nexui feudali, quo Auſtria addicta ſit imperio.* Sed hi luſus arcana habent, quae pleniorem exigunt tra-
7 ctationem in iure publico. *Ad 3, Reſp.* In feudis francis rem omnino obligatam eſſe, quamuis nexu laxiori, ut ſuo loco de *feudis francis.* Ad 4) *Reſp.* Etymon falſum eſſe, ſupra
8 exploſum *p. 29. litt. p.* Ceterum negari nequit, principatus alteri, patrocinii ergo oblatos ab eoque ite-

*Feuda oblata ſimilia foederi inaequali.*

ciliatae uoluntates (s): uel FIDELITAS, anima feudorum (t): uel SERVITVS, quae clientelae uicina (u). Haec uero omnia non feudum deſcribunt; ſed officia domini & uaſallorum in feudi uerbo non ſignificata (x).

*c) fidelitas. d) ſeruitus. quae uniuerſim confutantur.*



iterum receptos in feudum, propius ad foedera in aequalia accedere, inprimis quando imaginaria illa ſiue ſpecie inanium facta ceſſio abeſt *p.68. litt.t.* daß der dominus, cui offertur feudum, das plenum dominium ſolches gutes jahr und tag in ſeiner wehre behalte / antequam conferat id uaſallo, ut huic ſuo beneficio dediſſe, non ex pacto reddidiſſe uideatur, *TREVTLERVS Conſil. 106. n.14 p.445.* Cuius diſcriminis admonebimur in feudis imperii, ex inſtituto infra eruendis & exigendis ad rationes medii aeui.

*Definitio inaequalis foederis.*

(s) Quemadmodum aequalia foedera definiuntur *pacta duorum aut plurium de mutuo amore auxilioque contra hoſtes*: ſic inaequalia foedera eſſe ſolent *pacta duorum aut plurium, ut unus tantum operas praeſtet, alter tantum auxilia, GROTIVS lib. I. de I. B. & P. cap.3. §.23. n.2.* hac enim cauſa inaequalia dicuntur, non ratione dignitatis: ſed obligationis tantum, quod alter protegat, ſeruiatque alter. Secus in feudis, ubi dominus beneficium largitur; pro quo operas praeſtat ſiue nexu fidelitatis tenetur uaſallus. Protectio itaque foederis fundamentum: beneficia feudorum. Conferatur *p. 74. litt. a.* Textus enim feudalis de feudis oblatis intelligi

1 debet, non illis, quae *data* uel *beneficiata* barbaro ſermone adpellamus.

*Feudi genus num FIDELITAS?*

(t) Ut hominem definiunt recentiores: *ſpiritum, corpori organico*
2 *incluſum*, quoniam ſpiritus dignior eius pars ſit, quam corpus, animalis uerbo deſcriptum; ita mihi feudum fuerit: *fidelitas alteri debita, ob ſuſceptum ab altero beneficium.* Verum, quoniam mortales hominem
3 *ab humo* dixere, inconcinna uideri poteſt ſententia nouaturientium philoſophorum. Idem fit in feudi uerbo, quod alimenta notat *p.17. §.2. p.20. litt.g.* ſiue alius generis
4 beneficium: non uero officia uaſalli; fidelitatem *p.62. litt.h.* Itaque uocis ſignificatui uero proprioque uim adfert, quotusquisque eſt, qui definitionis genus uel a fidelitate
5 repetit uel ab alio genere officiorum domini & uaſalli.

*Aut ſeruitus*

(u) Qui feuda SERVITVTE deſcribunt, illi utuntur uoce ſeruitutis uel in iure *perſonarum* uel *rerum. Illi*
6 putant feuda eſſe *ſeruitia*; uaſallos ſeruos, quod ipſi nomen etiam habeant ſtylo medii aeui. *Hi* autem feuda dicunt *uſumfructum.* De *primo* agetur in loco de nominibus
7 officiisque uaſallorum; de *altero* in capite ſequenti, ubi feuda deſcribuntur per uarias ſpecies iuris in re.

*Cur feudum*

(x) Cauſam uis? Repetit eam ex

2. F.

## CAP. II.
## DE IVRIBVS, QVAE FEVDIS SVNT COMMVNIA.

§. I.

*IV. Feudi genus a IVRE uaſalli. Cauſae errationum.*

AD QVARTAM & ultimam nunc claſſem deuenimus (y). Eſt haec eorum, qui recte quidem in eo ſe habent, quod feudi nomen in uero adhibent ſignificatu, pro IVRE uaſalli (z). Verumtamen quando

*dictum potius a commodo quam onere?*

*a. E. 27. BALDVS*, quod *principalius in feudo gratia, liberalitas, largitio, beneficium domini ſit: minus principale ſeruitia uaſalli. In qualibet autem diſpoſitione attendi, in nomine quoque adſignando, principalius L. 19. cum aurum §. 13. ff. de auro, argento &c. legato:* acceſſio cedat principali: cedant gemmae phialis uel lancibus; incluſae auro & argento. *Mart. LAVDENSIS tit 1. feud n. 9.* Id uerum eſt, ex beneficio prouenire fidelitatem, ut riuum ex fonte. Accedit, quod *domini* uaſallos hoc forſitan nomine admonere uoluerint, pluris aeſtimanda eſſe beneficia, quae largiantur: quam officia fidelitatis, quae eorum loco ipſi expetant recipiantque. Sacri collegii adſeſſores, canonici, uiri aperti in hoc ſunt & ueri: quod canonicatus, commendas aliaque uitae otioſae praeſidia adpellent nomine *beneficiorum p. 39. litt. r.* Quia ipſimet agnoſcunt, non eſſe, quibus illa promereantur. Sic Romani quoque *munera* dixere a muniis. Aliter germani munera ab officiis miniſterioque denominant dienſte/ ämter. Abſit tamen, ut ideo largiores iudices ſimus in *beneficiis* adſignandis, quam in exigendo cultu officiorum: cum lex & aequitas uelint, ut par ſit utriusque conditio ac religio.

(y) Repetenda hic ſunt, quae pro nexu dicendorum conduximus *p. 111. litt p. n. 2.* Nam in TRES CLASSES collocauimus omnes illos, qui peruerſis generibus, in feudi definitione adhibitis, labuntur §. *3. p. 80.* quoniam ſatis manifeſtum eſt, cauſam erroris in eo latere, quod FEVDI nomen alio atque alio ſenſu accipiant, quos dedimus a *p. 59.* ad *62.* PRIMA eorum fuerat, qui feuda cum RE miſcent, in feudum adhibita p. 80. 81. ALTERA eorum, qui MODVM feuda conferendi, confundunt cum feudis ipſis a *p. 82.* ad *p. 111.* TIRTIA eorum, qui FINEM, id eſt, patroni aut clientis officia feudi loco habent, quos ultimo confutauimus a *p. 111.* ad *p. 115.* QVARTA reſtat, quae eſt huius loci.

*Nexus ſcribendorum.*

(z) Hactenus pſeudogenera remouimus, quae indoli feudorum refragantur & rectum uerbi ſignificatum euertunt, quem eruimus a. *p. 59.* ad *p. 62.* Superſunt genera eorum qui in neutro peccant. Quoniam non ſolum feudi uerbo, ut debent, utuntur, quia id pro IVRE adhibent uaſalli, quem ſignificatum tantummodo pro-

*Cauſa ſingularis hic capitis.*

do & hoc ipſum multiplex eſt, in eo non minus labuntur; quod illa, quae COMMVNIA ſunt quibusdam aut pluribus etiam feudis horum indoli & naturae tribuant indeque omnia uniuerſim uelint definire (a). Quae peccata, cum uaria ſint, ſingula eorum diluemus ſigillatim.

§. II.

proprium eſſe, oſtendimus *p. 60. litt. h.i.* ſed etiam plurimis ſunt communia. Ita enim nemo negare poteſt, pleraque feuda conſiſtere in *iure utendi fruendi re aliena*, ut adeo genus hoc ipſi rei uideri poſſit concinnum. Quae cauſa fuit, quare ultimae huic CLASSI, numero QVARTAE, ſingulare caput dederimus: quoniam feuda non *commiſcet illa cum iuribus* GENERIS ALIVS, quae inſcriptio primi capitis fuerat; ſed illa potius iura tractat, quae *feudis* COMMVNIA *ſunt*, competuntque uel omnibus uel plerisque, licet aliqua obſint, quo minus generis locum neque illa ſuſtinere queant.

*Confutantur huius claſſis pſeudo genera uniuerſim.*

(a) Vetuſtiſſimis etiam doctoribus ſatis fuit intellectum; FEVDI nomen in uero rectoque ſenſu accipi pro *commodo* aut *iure* uaſalli, quod ipſe acceptum referat domino, largitori ob nexum fidelitatis *p. 60. litt. h.* Itaque & hi fere omnes & plerique etiam recentiorum haec caſtra ſequuntur. Qui intermedio fere tempore uixere, ingenio ſuo abundarunt relictisque prioribus ueſtigiis, iuere in tranſuerſum. Quo factum eſt, ut etiam recentiorum aliqui ab illis ſeducerentur; quorum nomina claſſes dabunt, quas in

1 priori capite inſtruximus ſigillatim.
Verumtamen in diuerſiſſima abeunt hic etiam illi, qui in feudo de-
ſcribendo *uaſalli iura*, ut debent, in-
tuentur. Alii enim eapropter feu-
2 da *ius in re* uel etiam VNIUERSIM *ius*
*circa rem* dicunt: alii SIGILLATIM
huc trahunt *ſeruitutem; uſumfru-*
*ctum; ſuperficiem; utile dominium;*
*emphyteuſin; b.f. poſſeſſionem; ſa-*
3 *larium; ius re alterius utendi fruen-*
*di.* Vt iterum in ambiguo eſſe ui-
deatur, uter melior ſit & rectior. Ego
meum calculum omnibus ſubtraho,
cui *beneficii* uerbum placuit, *p. 36.*
4 *§. 8.* in hoc genere plene planeque
explicatum. Nunc ſummatim di-
cendum eſt, quid in hac claſſe gene-
rum uniuerſim deſideremus. Scili-
in *genere* definitionis duo inprimis
5 requiruntur: primo ut *definito la-*
*tius* ſit, omnesque eius ſpecies com-
plectatur; deinde, ut non genus ſo-
lum ſit, uerum etiam *proximum* ge-
nus. Utrumque mihi uidetur in
6 omnibus huius claſſis generibus fu-
iſſe praetermiſſum: quorum aliqua
uel utrobique peccant uel tamen in
alterutro. Poteſt certe feudum in
PROPRIETATE conſtitui, quod com-
7 prehendi tum nequit uel ſub *iure*
*re aliena utendi fruendi;* uel ſub *uſu-*

*Quia feuda nonnulla uerſantur in proprietate.*

*fru*

*Feudi genus num*

§. II. Principio opinionem ueritatis maximam habent illi, qui feuda definiunt uerbo VSVSFRVCTVS

---

*fructu;* uel *ſuperficie;* uel *b. f poſſeſſione:* uel *ſeruitute;*uel *utili dominio.* Imo poteſt *ſalarium* feudi loco dari, ubi iura in re prorſus exulant. *Iuris* autem ſolius uerbum nimis amplum & *generale* eſt, quod infra uidebimus ſigillatim. Ne autem de *feudo* quis *proprietatis* dubitet, de eo breuiter dicemus, plenius & forte infra ex inſtituto acturi de FEVDO PROPRIETATIS. Audiamus nunc loca magni nominis doctorum. *Carol. MOLINAEVS in conſuetud. Gall. tit. 1. f. n. 115. p. 27. Feudũ poteſt ſubſiſtere ſine retentione dominii directi; ſed ſolius fidelitatis. Nec eſt de eſſentia feudi, quod* PROPRIETAS *uel directum dominium retineatur; ſed ſolum de natura. Vnde ſi in infeudatione res ſit conceſſa in feudum cum* OMNI DOMINIO DIRECTO & VTILI *& cum omnibus actionibus directis & utilibus, ſola fidelitate retenta & forte certa annua penſitatione erit uerum feudum. Feudi enim ſubſtantia in ſola fidelitate, quae eſt eius forma eſſentialis ſubſiſtit. Cetera dependent a pactis & tenore inueſtiturae. Franc. HOTOMANNVS cap. 4. diſp. feud. p. 26. Feuda in allodiis perſaepe conſtituta dicuntur, hoc eſt in praediis patrimonialibus.* Et qui indoli feudorum eſſe putat aduerſam proprietatem: ille definitionem *p. 58. §. 2.* a nobis proditam, uelim, intueatur. Quae concinna quoque eſt *proprietati* rerum, in feu-

1 dum collatae. Etenim neque exem-
pla deſunt FEVDORVM PROPRIETATIS.
Siciliam Hiſpaniae reges a pontifice
Romano ut feudum pendere, non
inficiantur: ſed tamen laeſae maie-
2 ſtatis accuſatum iri exiſtimo, qui in
regno Siciliae Hiſpaniae regem di-
ceret uſufructuarium, proprieta-
rium uero papam. Sit exemplum
aliud. Henricus VI. imperator
3 Angliae regem Richardum e capti-
uitate, cuius cauſas exhibet die Pu-
fendorf. erleuterung p. 581. non ante
dimiſit: quam ipſe ab imperio Ro-
mano Angliae regnum in feudum
4 ſuſcepiſſet, *HOVEDENO* teſte, *in
formula Marchiae Brandeburg. §. 16.
p. 80.* Quis uero exinde Angliae
reges, imperatoris officiales & uſu-
fructuarios haberet ipſisque negaret
5 regni proprietatem? ſufficit bene-
ficii rationem ſaluam eſſe imperio
fidelitatemque. Et, niſi prorſus
fallor, hoc iudicio aeſtimanda ſunt
omnia regna imperio Germanico
6 ſubiecta regibus intermediis. Ut-
pote *Dania*, *Polonia; Bohemia* tem-
pore uetuſtiori; *Hungaria; Dalma-
tia* ſique forte alia generis eiusdem.
Imo parum abeſt, quin fidenter aſſe-
7 ram, *ſex* illas Germaniae *reſpublicas*,
Francia noſtra excepta, in quam plus
iuris habuit imperator, in cenſu non
minus reperiri *feudorum proprieta-
tis.* Aliter in Italiae oris, ubi non
alia feuda conſtituit imperator,
quam *utilis dominii.* Quibuscum
ar-

*Noua coniectura de uetuſtiori indole feudorum imperii.*

CTVS (b). Quoniam id auctoritate fiat ſcripti iuris & diplomatum medii aeui. Quamuis autem oppoſitiones contra ſentientium fatuae ſint, cum indolem

*a)* VSVS' FRVCTVS.

archiprincipum noſtrorum territoria, errore Italicorum doctorum deſidiaque noſtratium commixta fuere. Ex qua perturbatione luculentiores cauſae ſunt, quare territorialia iura *dominii utilis* limites tantis poſt ſe ſpatiis, quod nemo doctorum non agnoſcit, relinquant, ut Italicis inſtitutis clientelaribus prorſus inconcinna eſſe, uideantur Sed haec ſcena locum uult ſingularem: nunc quaedam iuuabit, curſim tantummodo attigiſſe. Ex hac ueritate proueniunt axiomata: *in feudis Longobardicis utilis dominii magis praecepta tradi; quam omnium feudorum uniuerſim: inſtituta feudalia illo intuitu quandoque iuſto mitiora eſſe: hoc autem rigida magis.* Facile autem excuſatos habeo doctores in his diſcriminibus *generum* definitionis feudorum; quoniam ipſi imperfectas in iure definitiones tueri uolunt maiori parte, quod ſufficiat in plerisque eaſdem ueras eſſe, ſimilitudine hermaphroditi in lege, quam hic laudant, prodita *10. ff. de ſtatu hominum,* quod reiecimus *p. 112. n. 3.* Curatior *LYNKERVS in analect. ad Struu. aphor. 3. n. 2. p. 13. eſt uero concipienda definitio, quae feudis omnibus etiam impropriis, nam & haec omnia feudi eſſentiam habent, ſit communis.* Idem ergo hic euenit doctoribus, quod illis, qui errores ueterum tropis tuentur, *partis pro toto; omnium pro maxima parte.* Verum abſint a definitione fucus & fallacia

*Feuda num ſint* VSVSFRVCTVS? *Affirm. Ratio prima,*

(b) Eſt haec ſententia uere communiſſima. Sequuntur eius nunc argumenta. *Primo* iuris ſcripti textus clarus eſt 2. F. 23. *feudum beneficium eſt, ut proprietas penes dantem permaneat* (dominum): *uſusfructus ad accipientem* (uaſallum) *tranſeat.*

*altera,*

Deinde in diplomatibus medii aeui paſſim formulae occurrunt: *beneficiare* (id eſt infeudare) *uſufructuario; beneficium* ſ. feudum *uſufructuare; uſufructuario ordine in beneficium* (feudum) *tenere; ad beneficium conferre uſufructuario iure excolendum.* Speciminis loco accipe diploma Ottonis 3. quod exhibet *Aub. MIRAEVS in codice donation. piar. cap. 42. p. 140. ad an. 985. Fideli noſtro Theodorico, comiti* Hollandiae, *quicquid noſtro conceſſu hactenus in* beneficium *tenuit inter duo flumina, quae uocantur Leona & Hisla in* proprium *dedimus cum omnibus, quae in beneficio, regio conceſſu per* FRVCTVARIVM VSVM *ante hac poſſedit.*

*tertia,*

Poſt quamuis aliquae differentiae ſint feudorum & uſufructus: tamen illae in rebus uerſari uidentur, quae ad eſſentialia uſus fructus non pertineant. Satis ergo eſſe putant, ſi feuda non uſusfructus abſolute dicantur; ſed QVIDAM uſus fructus. Quemadmodum legata donatio

*Germanici iuris.*

lem illi non perſpiciant uſusfructus, patrio iure definiti (c): ego tamen nihilominus in alia hic eo; ſi ante

donatio QVAEDAM, id eſt ſpecies donationis audiat *IVSTINIANO §. 1. I. de legat.* ſic eodem iure feudum dici poſſe uſumfructum QVENDAM; quoniam diſcrimina inter utrumque non *generis* ſint, uerum *ſpeciei.*

*quarta,*

Addunt praeterea, feudum, intuitu domini, *ſeruitutem* eſſe *perſonalem,* id eſt, perſonae, uaſalli ergo, conſtitutam: uaſalli intuitu, *ius utendi fruendi,* aut, quod idem ſit, uſumfructum.

*quinta,*

Porro neque id ſine ratione factum eſſe opinantur, quoniam uaſallo opima magis iura in re FEVDALI non ſint, quam uſufructuario. Utrumque enim prohiberi, ſubſtantiam rei perdere; remque facere deteriorem.

*ſexta.*

Ad extremum auctoritatem* extollunt frequentiamque ita ſentientium doctorum. Eſt in illis princeps *VVLTEIVS lib. 1. feud. c. 2. p. 24. 25.* qui huius generis argumenta primus excoluit ac propugnauit. Quem ſequuntur *Ioh. GOEDDAEVS diſp. 2. feud. §. 14.* qui ludit fallitque lectorem textibus ſpecie inanium laudatis. *SETSERVS diſp. 2. feud. th. 5. p. 36. TREVTLERVS uol. 1. D. 29. th. 2. lit. g. HVNNIVS* plenior reliquis cap. 5. feud. *defin. 10. p. 49--53. Cunr. PINCERVS in didactica feud. pr. Ioh. ZABELIVS exercit, feud. 1. §. 2. Ben. CARPZOVIVS diſput. feud. 1. §. 30. SCHONERVS diſp. 1. feud. th. 1. feudum eſt ius uſusfructus rei feudales. Valent. ARITHMAEVS diſp. feud. 3. §. 2.* qui fidenter ait: *definitione Vulteiana*

1 *probata & propugnata ad paedalios*
*Indos relegamus aliorum. Nicol.*
*BARCHMANNVS diſput. feud. 1. §. 6.*
*haec demum,* inquit, *eſt uera, perfecta,*
*legitima definitio. LVDWELLVS ſy-*
2 *nopſ. iur. foud. cap. 2. p. 27.* qui ag-
men hoc claudat.
(c) Ut Germanis ſaepe eadem eſt
adpellatio cum cure Romano; ſigni-
ficatus autem ab eodem ualde diuer-
3 ſus: ita etiam hoc euenit in VSV-
FRVCTV. Conducemus argumenta,
quae primus, ſed ſparſim e patrio
iure eruit *SCHILTERVS exercit. 17.*
*ad ff. tit. 1.* fere integro *p. 120. ſeqq.*
4 *Differt* inquit *uſusfructus ab altero.*
*Iure* Romano *uſusfructus ius continet*
*utendi früendi re nonniſi* ALIENA: *iure*
*Germanico de ipſius* DOMINII *natura*
*participat, notatque ius, habendi ſibi*
5 *rem,* utrique, proprietario ſcilicet
& uſufructuario *communem. Atque*
*ita liquet, uſumfructum iuris Germa-*
*nici a Romanorum uſufructu differre*
*& conuenire cum* DOMINIO DOTIS, *ſeu*
6 *quod iure Romano maritus habet in*
*re dotali, quod* dominium ciuile *uo-*
*cant interpretes, reſeruato* naturali
*dominio uxori.* Id ergo probandum
eſt: *uſumfructum apud Germanos*
7 *dominium uoluiſſe.* Primo laudat ex
*MARCVLPHO formulam 23. ut, dum*
*ad uiuis* (quamdiu uiuis) *uſualiter*
*ipſam rem tener debeas &* DOMINARE.
Quod ſi autem DOMINARE dicitur de
8 uſufructuario, ex coniugatorum
nexu is etiam dici poterit *dominus.*
Deinde alienandi facultatem habuit
uſu-

*Sexta ratio aliis non intellecta.*

*Uſusfructus Germanis fuit dominium utile.*

*Quod probatur. Ratio prima.*

ante diſtinxero, quae alii ſolent miſcere (d).Scilicet
G alia

*altera,* uſufructuarius, qui luculentus effe-
ctus eſt alicuius dominii *IVS. ALEM.*
*c. 49. §. 4.* will er das gut ane wer-
den / er ſolle es dem Herren ee an-
biethen / ee andern Leuten. Will er
diß nicht; ſo geb er ſeine recht / wem er
*tertia,* wolle. Poſt inueſtituram ſuſcepit
uſufructuarius, non alio fine, quam
*quarta,* in ſignum alicuius *condominii.* Porro
*laudemia* & *canonem* ſoluit uſufru-
ctuarius domino, quae indicia domi-
nii. Alias enim proprietario faci-
lius fuiſſet ad defalcandum fructus,
quam ad expetendum illos ex ma-
*quinta,* nibus demum uſufructuarii. Addo
egomet in gratiam Schilteri; *uſum-*
*fructum* etiam uaſallis tribui in di-
plomatibus medii aeui, qui haud
dubie utile habeant *dominium:* qua-
propter neceſſum ſit eidem uſum-
fructum reſpondiſſe. Commenta-
rii loco eſſe poteſt in patrii iuris
uocabulis, noſtro aeuo aliquantum
obſcuris, *ſecretioris ſenatus Boioariae*
*electoris* quondam *cancellarius &*
*ſupremus feudorum praepoſitus* Ca-
*ſpar. SCHMID* in bonae frugis
*libro ad ius Boicum uol. 3. tit. 21.*
integro. Nam Boica iura minus
habent peregrinitatis Romanae,
quem Saxonica. Eſt etiam hic autor
Carpzouio praeferendus, quod in
patriis moribus inueſtigandis feli-
cior ſit peritiorque. Utinam au-
lae exilium, quod paſſus eſt uir ex-
cellens, *inſtitutiones feudorum Boioa-*
*riae* peperiſſent, quas pollicitus
fuerat triginta annorum magiſter
in curia feudali. Verum conatum

1 hunc aut mors inopina aut caſus
oppreſſit: irreparabili patrii iuris
detrimento. Sed redeo, unde di-
greſſus ſunt. Sententiam Schilteri *Dubia ad-*
ambabus amplectar manibus, dum- *uerſus Schil-*
modo quis ſcopulos mihi ſubmoueat, *terum.*
ad quos animus meus in hoc itinere
adpellit. Curſim enim ad ſingula
repono ſigillatim. Ad 1) ſubtilio-
res Ictos non negare uſufructuario
3 *dominium:* uerum diſtinguere inter
dominium *reditus* ac *fundi*, primum-
que dare uſufructuario: non alte-
rum. Ad *illud* ergo ſolummodo
facere poſſe τὸ dominare. Taceo,
4 unius formulae auctoritatem tan-
tam non eſſe, ut aliquis ea niti poſ-
ſit in re tanti diſcriminis & momen-
ti. Ad 2. 3. 4) me ambiguum eſſe,
annon uſusfructus cum emphyteuſi
5 hic potius a Schiltero confunda-
tur, quam priſtina iura diuiſerunt,
in emphyteuſin perpetuam, deß erb-
rechters; temporariam deß leibrech-
ters; quouis tempore reuocabilem
6 des Herrn Günſtlers.. Ad 5) non
inopinabile eſt, quod *Ioh. Wolffg.*
*TEXTOR* habet *part. 2. prax iudic.*
*c. 1. n. 4. Ut non dubito inter initia*
*feudum fuiſſe* MERAM *percipiendorum*
7 FRVCTVVM COMMODITATEM, *ſub cauſa*
*fidei conſtitutam: ita poſteriori aeta-*
*te feuda in ius & naturam* DOMI-
NII VTILIS *conceſſerunt, ut 2. F.*
*23. ad priora tempora reſpiciatur.*
8 Quae auctor hic dicit; eius rei cau-
ſas nos aperuimus *p. 12. litt. p. num.*
*56.* Scilicet aeterna mihi iuris feu-
dalis regula eſt: *in feudis* DATIS *in-*
*ſtituta*

alia diſceptatio eſt: num omnium feudorum genus ſit uſusfructus, quod nego (e); quoniam in habitatione,

*ſtituta* LONGOBARDICA *nimis* REMISSA *eſſe;in* OBLATIS *nimium* RIGIDA. Licentiores Itali, uaſalli. Cauſam inſolentiae uis. Abſentia eſt Caeſarum conniuentia; indulgentia; quandoque etiam legibus prohibita largitio. Ut mirum non ſit, dominos feudorum patriae queſtos fuiſſe de iuris Longobardici peregrinitate. Finiat hoc argumentum *uiri illuſtris, Chriſt. THOMASII* iudicium, *ad Huberi lib. 2. iur. ciuit. ſect. 5. c. 1. §. 1. p. 486.* his quidem uerbis proditum: *Ab uſufructu Romano potiſſimum differt feudum, quod uaſallus ſit dominus feudi. Sed ab* uſufructu Germanico, *quem diximus inuoluere etiam* dominium *utile, feudum differt tanquam ſpecies a genere. Quod non intelligentes commentatores iuris Longobardici, putarunt, uocem* quidam *in definitione feudi denotare* improprietatem *Neque impropietatis iudicium eſt, quod feudum fiat per* legem fidei. *Nam neque hic repugnat eſſentiae uſusfructus ſiue Romani ſiue Germanici. Quod uero feuda hodie ad* poſteros *transmittantur olim non erat receptum. Ergo feudiſta reſpexit in definitione naturam feudorum primorum.*

*Status cauſae redigitur in ordinem.*

(d) In eodem hoc argumento: *quid uicinitatis habeat uſusfructus cum feudo?* tria inuicem diſtinguenda, quae perturbato ordine doctores confuderunt. Primum eſt, *num feudi* GENVS *eſſe poſſit uſusfructus*
1 VNIVERSIM? Deinde *num id eſſe poſſit,*
*quando feudum* SIGILLATIM *conſiſtit*
*in* DOMINIO *utili?* Poſt, *num uſus-*
*fructus Germanorum dominium utile*
*complectatur &* PINGVIOR *ſit illo*
2 *quem definiunt leges Romanae?* De-
mum, *in quo dominium utile conue-*
*niat cum uſufructu Romano & in*
*quo ab eodem differat.* E re igitur
fore, exiſtimamus, ſi haec ſingula
3 ſingulatim reſpondeamus.

*Num feudi genus uniuerſim ſit uſusfructus?*

(e) Genus feudorum uniuerſe
VSVMFRVCTVM non eſſe, facile qui
dem eſt ad demonſtrandum. Alia
enim plura dantur genera beneficio-
4 rum, quibus fidelitas alligari poteſt;
quam uſusfructus, quae ſpecies tan-
tum eius potiſſima. Sed ſpecies ge-
nus non poteſt definire aut generis
illa ſui genus eſſe: quod nullam
5 habet difficultatem. Habemus enim
exempla in ipſis feudorum inſtitutis,
ubi HABITATIO alteri in feudum,
data. Sed *habitationis & uſusfructus*
iura prorſus ſunt diuerſa, quod no-
6 tum eſt tyronibus. *Uſus* etiam, in-
primis in iure *boſcandi*, ſub feudi
lege indulgeri ſolet, ſo viel man holtz
auf den heerd brauchet / nicht aber
ſolches andern zu verhandeln. Aſt
7 quis neſcit, uſum diſſidere ab uſu-
fructu. Sic PROPRIETATAM feudi
loco ſuſcipi poſſe, memorauimus
*p. 118. litt. a. n. 3.* id eſt plenum
dominium; ſed toto coelo differt
8 plenum *dominium* ab *uſufructu.* Ho-
mines etiam in feudum datos non
uſufructuario; ſed iure proprio, in-
telliges

tione, ſeruitutibus realibus & perſonarum quoque iure conſtitui poſſunt feuda, quae res ab uſufructu ſunt diuerſiſſimae. Alia iterum quaeſtio eſt: num iura uaſalli in plerisque feudis ubi neque aliud conſtet neque natura rei obſit, uſusfructus dici mereantur (f). Repono, olim feuda uſufructui, Romana

G 2 etiam

telliges e *p. 82. litt. s n. 3.* qui modus haud dubie pertinet ad *ius perſonarum.* Praeterea in mores iuit, ut munerum & dignitatum tituli in feudum conferantur, quae quidem *beneficii* loco accipit, qui umbris paſci uult *p. 65. litt. q. n. 4. 5. 6. uſumfructum* autem in illis fingere uelle, facetum eſt & perridiculum in magnifica ſcilicet ſpecie rerum inanium. Addo ſeruitutes reales, itinera, actus, uias, paſcendi, appellendi, fodiendi iura feudi loco plurimum habe ri: quae itidem aliena ſint ab uſufructu. Monetandi iura aliaque regalia in cenſu habere uſusfructus, id ego inter crimina referrem ciuilis ſimoniae. Taceo illa, quae *BCCERVS* opponit *cap. 1. n. 10.* & reliquis *de qualitate feudorum*, quorum argumentorum aliqua ficulnea ſunt, quod neque ipſe diffiteor. Satis autem ex his, quae ſcripſi, manifeſtum erit, *uſumfructum* longe ANGVSTIOREM eſſe feudis, ut horum genus, quod illis eſſe debet latius, nulla ratione eſſe queat. Quid? quod feuda a nonnullis diuidantur in *uſufructuaria* & *utilis* dominii: unde patet, feudorum ſpeciem uſumfructum eſſe, non genus.

*Num* PLERORVMQVE *tamen feudorum genus* VSVSFRVCTVS?

(f) Id uolo, cum hodie plerumque
1 *bona immobilia* in feudum conferantur, id eſt res, ad uſumfructum ſuſtinendum habiles *p. 81. litt. q. r. s.* num *uaſallo* in illis, clientelari iure, *competat tantum uſusfructus* Romanus,
2 *an* uero ius, quod pinguius eſt diciturque *utile dominium?* Hanc quaeſtionem ego certe negare audeo, auctoritate quidem aliorum, necquicquam uero rationibus deſti-
3 tutus. Fidenter aſſero: OMNIA QVONDAM FEVDA VSVFRVCTVARIA FVISSE: ſiue, quod idem eſt, uaſallum non habuiſſe plus in feudo, quam uſufructuarium iuris Romani.
4 Quod probo: *Primo* enim ex ipſis feudorum inſtitutis patet *1. F. 1.* feuda quondam *inſtabilia* fuiſſe & pro domini arbitratu potuiſſe omni tempore reuocari. Luſus ergo fu-
5 iſſet, dominum rei dici illum, qui quouis momento de illa pro lubitu alterius idque iure optimo, absque omni cauſa potuerat depelli. *Deinde* licet poſt feudi uaſallus *annuo ſpatio*
6 ſecurus eſſet; quis quaeſo uel ſomnians nugaretur, dominum ob anni ſpatiolum uaſallo id dediſſe, ut fundum feudalem uel *alienaret* uel aliquam tantum eius partem in *alium*
7 *ſtatum* uerteret, haec enim illa ſunt, quibus differt utile dominium ab uſu-

Negatur *id, quia olim omnia* FEVDA *fuere* VSVFRVCTVARIA.

*quod prob. quia a) feuda tum inſtabilia.*

*b) annua tantum & temporaria.*

etiam lege definito, nihil diſſimilia fuiſſe : hodie autem

uſufructu? Pueri id credant credatque iudaeus apella. Vix poſſidere diceris, quod ſtatim es redditurus. Eodem etiam iudicio fere aeſtimo feuda, ad dies uitae perpetuata. Poſt feuda olim conceſſa fuere loco *ſalarii*, defectu pecuniae numeratae *p. 20. litt. g. n. 5. p. 113. litt. q. n. 3. 4.* Non alia ratione, quam qua hodieque conſtituuntur *uictalitia*: quamuis, cum haec irreuocabilia ſint pinguiora eadem habeo ipſis feudis. Satis igitur fuerat uaſallis, fructuum acquirere dominia; inſolentem & licentioſum eſſe oportuerat, qui ſibi arrogauiſſet *ſubſtantiae* ipſius aliquod dominium. In memoriam mihi reuoco aedificia ſacrorum antiſtitum. Sit enim, quod non tantum habitationis iura in illis; ſed uſufructuaria ſint, ut conclauia locare queant ciuibus academicis, quod illo intuitu ipſis eſſet negatum: tamen id non dederit illis mater eccleſia, ut aliquid aedium in alium ſtatum uertant & conclaue aptent ad tabernam Quod ſi fecerint, haud dubie aedificarunt in re *aliena* adeoque in poenam incidunt *§. 28. 29. 30. Inſtit. de rer. diuiſ.* definitam. *Praeterea 2. F. 23.* clariſſimus textus eſt, dominum proprietatem habere: uaſallum uero accipere *uſumfructum p. 119. litt. b.* quibus concinnae ſunt formulae diplomatum medii aeui, quas *p. 119. litt. b.* pariter exhibuimus. Altum ſilentium de uaſalli *dominio* in re feudali. Scopulos oppoſitos p. 121. litt. c. n. 2. 3.

*c) habuere indolem ſalarii.*

*d) dicuntur uſusfructus abſolute, non* QVIDAM.

1 e. uia ſuſtulimus. Quod ſi enim uetuſtiorum monumentorum auctores aliquam deprehendiſſent iuris uaſalli in feudo cum iure mariti in dote ſimilitudinem, fieri non potuiſſet,
2 ut a *dominii* nomine, quod mariti eſt, in uaſallis deſcribendis abſtinuiſſent. *Porro* ſi in re feudali *mariti* loco eſt *uaſallus*; dominus uero *directus* imaginem habet *uxoris* in *re*
3 *dotali*: qui quaeſo factum eſt, quod unice ſemperque DOMINVS audiat der lehens herr; ne ſemel quidem *domini* uerbo honeſtetur *uaſallus*. Contra in allata ſimilitudine *ma-*
4 *ritus* rei dotalis *dominus* continuo audit: *uxor* autem uel raro uel nunquam. Sciuiſſe autem diſcrimen hoc Germanos inter *utilem dominum* & mere *uſufructuarium*, poſt
5 alia ex eo etiam intelligitur; quod fundos, principi ad uictum & cultum adſignatos a republica, *dominium* ſ. *domanium* dixerint, quamuis re uera illorum *proprietas* eſſet apud
6 rempublicam. Eadem itaque de cauſa *feuda* illa *domanium* adpellaſſent, ſi quidem crediſiſſent, illorum iura pinguiora eſſe *uſufructu* Romanorum. Verum conſtans hic
7 medii aeui ſtylus eſt: *in feudo* dominium *eſſe penes proprietarium*; uſumfructum *penes uaſallum*. Ad extremum, niſi prorſus fallor, querelae, quas retuli *p. 12. litt. p. n. 4. quod*
8 *uaſalli* in iure cira res feudales *licentioſi ſint & inſolentes, illas habeant, ut res proprias & quaſi domini earum ſint, ultra ordinem,*

*e) proprietarius tantum dicitur dominus.*

*f) inde querelae de licentia uaſallorum.*

qui

tem cum differentiae (g) utriusque iuris non ſolum maximae ſint; ſed cauſae etiam aliae in contrarium

G 3 adpa-

qui illis detur, *uſufructuarium* p. 119. litt. b. n. 3-7. *neſciantque aliud, ſi de hoc abuſu in quaeſtionem poſtulentur, reponere, quam eſſe hoc noui iuris:* Longobardici ſcilicet, quod uaſallis effectus largitur utilis dominii p. 127. n. 7. Verum ſufficiant haec, ad probandum: *feuda quondam uſumfructum fuiſſe, non utile dominium.* Quae tamen dicta ſunto de feudis datis beneficiatisque: non de oblatis & emtis, quae cauſae fuere conuerſionis uſusfructus in utile dominium. Quod nunc dicam,

*Hodie feudum non uſusfructus, ſed utile dominium. Differentiae utriusque momentoſae.*

(g) Magna in feudis iurium conuerſio ab *uſufructu* in *utile dominium*. Unde *pinguiora* uaſalli: domini autem iura hinc attenuata & *imminuta*. Dabunt hoc utriusque differentiae; ne in uerbo uerſari uideatur haec diſceptatio. *Uſufructuarius* re prorſus ALIENA utitur fruitur §. 1. *Inſt. de uſufr.* adeo, ut proprietas alterius inde necquicquam diminuatur *l. 25. de V. S. recte dicimus eum fundum noſtrum eſſe etiam, cum uſusfructus alienus eſt; quia uſusfructus non* dominii *pars, ſed ſeruitutis, ut uia, iter. Nec falſo dicitur* mea, *ubi ne pars eſt alterius.*

*Prima.*

Utilis autem dominus re ſibi & alteri COMMUNI fruitur & ideo hic quidem uſufructuarius dici non poteſt, quoniam ſeruitus conſtituitur tantum *in re aliena*, neque res ex parte nobis *propria* nobis dicitur *ſeruire l. 26. ff. de ſeruit. urban. l. 5. pr. ff. ſi uſusfr. petatur.* Criminis ergo & iniuriae loco haberetur, ſi quis uaſallus diceret de feudali praedio, **mein gut.** Imo feloniae conuictus non praedio excideret, ſed tantum uſufructu. **Das gut würde ihme nicht genommen; ſondern er würde nur aus der nutzung deſſelben geſetzet: er verwirckte nicht das gut; ſondern nur die nutzung deſſelben.** Verum non alterum dicitur, ſed primum ſtylo curiae feudalis. Plane ut dicimus maritum amiſiſſe fundum dotalem, non eius fructum. Inde plura huius generis diſcrimina alia.

*ſecunda*

Mortuo domino proprietatis eiusque heredibus extinctis rem non accipit uſufructuarius: uerum hoc caſu uaſallus partem dominii, quam habet cum altera iungit conſolidatque, in proprietatem & plenum dominium, quod explicatum habes ab *HOHENHARDO im Preuſſ. Neuburg cap. 39. p. 155. GAILIO lib. 2. Obſeru. 158. n. 4.*

*tertia*

Eadem ſcilicet ratione, quemadmodum dominus legitimis uaſalli heredibus extinctis non reditus praedii acquirit: ſed *plenum* illius dominium. Plenus uero tum dicitur, quod ante dominus tantum *ſemiplenus* fuerit, id eſt ex altera tantum parte.

*quarta,*

Deinde uſufructuarius rem nulla ratione ALIENARE potuit, *pr. §. 3. Inſt. de uſufr.* quod omnia eius iura in fructibus uerſarentur, perſonae illius ac uitae deſtinatis. Adeo ut alienator uſufructuarius & nihil ageret & excideret uſufructu, *l. 66. ff. de iure dotium:* dominus autem utilis uaſal-

adpareant luculentiſſimae (h): id fore ex omni nunc parte inconcinnum. Aduerſae partis argumen-

uaſallus, recte ALIENARE dicitur praedium feudale, modo hoc rite fiat, domino id conſentiente & adprobante *1. F. 13. 2. F. 9.* Poſt, re uſufructuaria amiſſa, eam VINDICARE non poteſt uſufructuarius, non otioſae formulae ergo, ſed quod nihil is habeat in eo dominii *FRANZKIVS de laudem. c. 14. n. 30.* poteſt autem uindicare non fructus; ſed ipſa praedia feudalia dominus utilis, uaſallus, *2. F. 8.* ubi *quaſi uindicatio* non impropria eſt; ſed iure poſitiuo introducta, quod particula ſignificatur. Potiſſimum differentiae momentum illud eſt, quod uſufructuarius nihil poſſit in re, utpote aliena MVTARE, ſed quando hoc facit, uel amittit materiam uel dominus eum prohibere poteſt, quamuis in meliorem etiam ſtatum, rem uertere uideatur, quod *leges* claris uerbis dicunt *7. 8. 44. 66. ff. de uſufruct.* Verum utilis dominus liberas hic manus habet, mutandi ac uertendi ſyluam in agrum; lacum in lucum; utrumque iterum in uiride pratum aut paſcua *2. F. 8. §. 1. 2. F. 28. §. ſi uaſall.* neque hic uel opus eſt domini conſenſu uel dominus ante obloqui & conuerſionem inhibere poteſt, quam probet, eam ſuſcipi in ſtatum deteriorem. Sufficiant haec ad diſcrimina internoſcenda *uſusfructus* & utilis *dominii*.

*quinta.*

*ſexta potiſſimaque.*

(h) Hodie ergo quid iuris, ſi res immobilis alicui in feudum conferatur; num antiqua tantum *uſusfructus* iura accipiet uaſallus; an uero, quod nunc obtinet, utile *dominium?* Fa-
2 teor mutationem non praeſumi:
ſed eandem eſſe docendam. Verum
uix in Germaniae prouinciis hodie
feudum uniuerſim occurrit, ubi uaſallo interdicatur, quin *aedificet,*
3 *mutet, uertatque; uindicet amiſſum;*
*alienet,* rite tamen, atque alia plura
faciat, quae modum & facultatem
excedunt uſufructuarii: quapropter
nemo non deprehendet, noſtri aeui
4 feuda a moribus antiquis, uſu ſcilicet fructuario nimium quantum
deflexiſſe ſiue quod idem eſt, domini
iura imminuta, uaſalli autem adaucta & prolata fuiſſe. Nam *fructu-*
5 *aria* feuda, quae in Meklenburgicis
reperiri dicuntur, locum exigunt
ſingularem. Qui uero hoc euenerit, non difficile eſt ad coniectandum.
*Primam* cauſam pono in feudorum
6 *perpetuitate.* Hac enim ſemel uaſallis indulta, illi occaſionem acceperunt, ut plus ſibi ſumerent in feudis oculosque iudicum & dominorum hoc etiam glaucomate obdu-
7 cerent. *Alteram* eſſe puto dominorum uel *conniuentiam* uel profuſam *largitatem,* maxime in *priuilegiis*
dandis, quorum deinde exempla alii
etiam allegarunt & ſequuti ſunt,
8 donec illa irent in *legem* communem. *Tertia* in *commixtione* quaerenda feudorum oblatorum cum beneficiatis. In *illis* certe cum uaſallus ſcriberet conditionem, qua ſua ipſe dare uellet in alterius clientelam,

*Qui feuda degenerauerint in dominium utile?*

*Cauſa prima,*

*altera,*

*tertia,*

gumenta refellet commentarius(i); cum deſtructu ſint

lam; omnino credibile eſt, eum ſibi cuncta reſeruaſſe, quae unquam potuerit, *dominii* ſcilicet partem aliquam, quo integrum ei eſſet, *diſponere* de ſuis pro arbitratu. Contra in feudis *beneficiatis*, ubi uaſallus leges feudi a domino accepit acquieuitque facile *uſufructu*. Memini alicuius adminiſtri, qui auctor fuit principi ſuo: ut non ſolum antiquiora feuda ad ordinem reduceret *uſufructuarium*; ſed nouum porro non conferret, niſi cum ratione ſolius uſusfructus. Vt uero alterum principi uitio nemo uerteret; ita tamen primū fieri hodieque non poteſt, ubi antiquiſſimorum feudorum curata memoria non ſupereſt, ut feuda utriusque generis tuto inuicem diſtinguere, ſciamus. Id tamen dico, in *beneficiatis* haec poſtliminii iura nihil habere duritatis. *Quartam* dabit *Longobardicae* legis *peregrinitas*, obtruſae & agnitae Germanis in ſomno & ignauia neque ſine fallaciis & fraude. Querelae huc pertinent & domini & uaſalli, quod quomodo cohaereat, intelligunt pauciſſimi. Scilicet in feudis *datis* facta eſt dominis iniuria, quod ſolito licentiores inde euaſerint uaſalli, arrogato ſibi in uſufructu utili dominio p. 12. n. 5. 6. 7. p. 125. litt. f. in *oblatis* autem uaſalli habuerunt, ut onera Longobardica, beneficiatis tantummodo feudis impoſita, ſubterfugerent; qui finis priuilegii *PARCHIMENSIS an. 1218. ſimiliter ad ius feudale, quod leenrecht uocatur* (puta Longobardicum) *ſunt minime compellendi; ſed tantum ad ius* mannrecht (landſaſſiorum crede) *uti uulgo ſonat*. Italica ergo inſtituta in feudis *beneficiatis* iuſto *remiſſiora* ſunt; *rigidiora* in *oblatis p. 122. litt. c. n. 1. 2.* Mater licentiae Italorum abſentia Caeſarum; ſuperſtitio; ignauia; bella inteſtina. Recuperatorii iudicii inſtitutionem commendauimus *p. 61. litt. k.* *Quintam* credere liceat rerum feudalium & allodialium in uno fundo tractuque factam confuſionem, ut una de alterius indole uideatur participaſſe. Quod ſaepius contigit, quoniam difficilis fuit omni tempore feudi ab allodio ſeparatio. De quo argumento plene agit *HOHENHARD in Neocomo Poruſſiae regi adſerto cap. 2. §. 16. p. 60. 61. 62.* *Extrema emtiones* feudorum eſſe merentur, ubi pretii augendi ergo principes fines quoque uſusfructus feudalis identidem protulerunt *p. 65. litt. q.* Habes itaque feuda, in alium curſum deflexa: habes etiam cauſas eiusdem mutationis.

*quarta,*

*quinta,*

*ſexta.*

(i) Iam leuis operae eſt, ex contrario contendentium argumenta, *p. 119. litt. b.* enumerata, idoneis rationibus diſſoluere. Scilicet ad 1) *Reſp.* textum *2. F. 23.* uerbo uſusfructus uel priſtina tempora intueri, ubi feuda fuere uſufructuaria p. 23. litt. *f.* uel laxius eodem uti, quemadmodum e re propria factos reditus adpellare licet uſumfructum *l. 21. § 3. ff. de except. rei iudic.* Ad 2) *Reſp.* diplomata ueriſſima eſſe de

*Reſponſum ad argum. pro uſufructu.*

*ad primum*

*ad alterum.*

indole

ſint facilia, licet hic quoque magna ſit in doctoribus per-

indole feudorum illius aeui p. 121. litt. c. uel etiam e genere illorum eſſe, ubi rebus etiam mutatis priſtina uocabula retinemus. Quod ſaepe adpellatio uetuſta eſt, ſignificatus autem nouiſſimus. Ad *3) Reſp.* pronomen QVIDAM uſufructui hic eſſe plane inconcinnum. Nam quae ſibi *directo opponuntur*, uti rerum *dominia* & *uſusfructus* rerum; res *mea* & *alterius*; *propria*, & *aliena*: illa fruſtra hoc uinculo coniunguntur & contorquentur. Prouidi in his etiam diſtinguendis Icti Romani. Quamuis enim in fundo dotali uxorem *dominium* aliquod, quod *naturale* dixerunt alii, habere agnoſcerent: mariti tamen iura tantum abeſt, ut illi *uſumfructum quendam* dixiſſent, ut potius ipſis *dominus* is perpetuo audiret, quod inter utrumque infinitum aduerterent diſcrimen. Facilius eſſe crediderunt, eandem rem duos habere dominos; quam propriae rei ſeruitutem eſſe, uſumfructum. Qui ergo dominium utile, id eſt, feuda per *uſumfructum quendam* definiri poſſe, exiſtimat; ille non *diuerſa* coniungit; ſed *contraria*, quod eſt abſurdum Exemplum *§. 1. Inſtit. de legat.* ex alio longe genere petitum, nam *legatum* re uera donatio eſt, licet ſtrictioris quodammodo iuris ſit. Falluntur autem doctores, qui putant in textu feudali occurrere particulam QVENDAM: quam interpretes demum male intellexerint. Textus enim ab

*Ad tertium*

1 hac labe eſt immunis, ubi uaſallus
moribus antiquis habere uſumfructum dicitur, non *quendam*, cuius
pronominis *foetum* doctores excluſerunt *p. 120. litt. b.* enumerati.
2 Ad 4) *Reſp.* Feudum non eſſe ſeruitutem, quia haec non eſt rei propriae *p. 125. litt. g.* quamuis etiam
illa, quae in uno conueniunt cum feudis, non propterea feuda definiunt aut eorum ſunt genus. Ad 5)
3 *Reſp.* omnino ingens inter feuda & uſumfructum ſubeſſe diſcrimen
*p. 125 litt. g.* expoſitum Ad 6) *Reſp.*
Si uetuſti doctores feuda uſumfructum dixere, in eo recte ſe habuerunt tempore ſui aeui. Recentiorum autem non minorem cohortem
4 confutaſſe opinionem, feuda eſſe
uſumfructum. Quo in numero
5 ſunt *INTRIGIOLVS quaeſt. 9. feud. n. 140. ſqq.* qui diſcrimina feudi & uſusfructus plenius enumerat, *HOTOMANNVS diſp. feud. c. 34. RITTERSHVSIVS lib. I. c. 3. p. 60. ANTONIVS*
6 *diſp. 1. §. 2. litt. c. p. 17. REVSNERVS diſp. I. theſ. 60. p. 37. STRVVIVS cap. 2. ſyſtem th. 5. n. 3. STRYKIVS c. 2. q. 13. EYBEN* qui momentoſa habet & ſingularia *cap. 10. elect. feudal. p. 242.* quae noſtris conueniunt
7 *p. 120. n. 7. 8. HORNIVS c. 2. §. 5.* aliique. Ad 7. *Reſp.* expoſuiſſe me dubia aduerſus pinguiorem uſumfructum, patrio, ut Schilterus credit iure definitum. Hoc tamen alii quoque mecum agnoſcunt: *feuda germaniae principatuum* nullo tempore

*ad quartum*

*ad quintum*

*ad ſextum*

*Doctores, uſumfr. in feudis.*

perturbatio (k).

§. III. Quod ergo intelligerent doctores, pinguiora uaſalli iura eſſe, quam uſufructuarii: uerbo etiam largiori feuda adpellarunt, VTILE ſcilicet DOMINIVM (l). Ut uero hoc nomen congruit cum pleris-

*l) Utile dominium.*

H

pore uſufructuaria fuiſſe p. 118. n. 7 utpote *MEIER de feud. uindic. n. 20. EIBEN cap. 10. p. 242. STVKIVS Conſil. 1. n. 272. PAVRMEISTER de iurisdict. lib. 2. cap. 22. §. 2. p 946.* ne forte maleuoli ſententiam meam incuſent alicuus inſolentiae.

*Spuriae doctor. oppoſitiones.*

(k) Ut cauſa quandoque optima peſſime defenditur, ita quoque doctoribus contigit in expungendo uſufructu in definitione feudorum. Tela enim eorum obtuſa eſſe, nobis uidentur, quamuis in iisdem caſtris illiscum militemus. Eius generis ſunt; *primo* uſumfructum *perſonalem* eſſe & *temporarium*, contra feudum eſſe *gentilitium* ac perpetuum. Nam *Reſp.* Tempus ad eſſentiam iuris non pertinet: aliud eſt de *re* quaerere, aliud de ſpatio, eam habendi. Eſſe poteſt proprietas temporaria; ergo neque ex uſufructu dominium fiet, quamuis ille ſit perpetuus, ut bene arguit *GROTIVS lib. 1. c. 3. §. 11. n. 1. 54. p. 59.* Deinde feudum ex cauſa fidelitatis conferri dicunt, non uſumfructum. *Reſp.* Cauſa & efficiens & finalis cauſae externae ſunt, quae rem in ſe ſpectatam non deſcribunt Nam *fructuaria* feuda omnino ſunt uſusfructus, ſub nexu fidelitatis, ut *ZASIVS part. ult. n. 33. SCHRADER part. 3. c. 2. n. 13. ROSENTHALL cap 2. quaeſt. 58. n. 4. ANTONIVS diſp. 1. feud. litt. c. p. 17.* uti feuda

*prima*

*altera*

1 habitationis habitatio ſub nexu eodem. Praetereo alia minoris momenti, a doctoribus prolixe tractata, quamuis cardinem diſceptationis non attingere, uideantur. Corollarii loco addo, quod *GROTIVS lib. 2. introductionis in ius Belg. cap. 41. p. 182.* editionis, quam commentario auxit *Simon a Groenwegen* his uerbis feuda deſcribit: leen-
3 regt is een erffelicke onſpliſbaer TOGT / ob eens anders ontilbara goet / met onderlinge verbinteniſſe van ſchut aen de eene Zyde / ende pſligt van Mannſchapp ende heerge-
4 waden aen de andern Zyde. *Feudum eſt* VSVSFRVCTVS *perpetuus & indiuiduus, in re immobili, cum nexu reciproco, ex altera parte ad protegendum, ex altera ad praeſtanda utriusque*
5 *generis ſeruitia.* Inde lyftocht uſusfructus perſonalis; lyftehter uſufructuarius. Haud dubie a uerbo *ziehen, geldziehen oder heben* in uernacula
6 leibzucht; leibrecht. Sed neque ita doctor noſtram effugiet cenſuram.

*Lyftocht, genus Grotii.*

(l) Separandae hic quaeſtiones ſunt. Una eſt, an uaſalli iura *dominium* aequent, quod *utile* dici poſſit uel etiam *inferius* aut *poſſeſſionis*, ad
7 domini iura internoſcenda, cuius *dominiū directum* dicitur ſiue etiam ſuperius aut proprietas Altera uero, an feudi genus ſit utile dominium. De primo nunc agemus: de altero in nota

*Qui feuda utile dominium?*

risque feudis neque praeter rem a doctoribus eſt
effi-

ta ſequente. Sunt qui utile *dominium* 1
inter σιδηρόξυλα referunt, & ſtultas do-
ctorum fictiones. *INTRIGIOLVS Q.*
*9. n. 19.* *HOSTIENSIS* (an. 1250.) *l. 3.*
*ſummae de feudis n. 11. p. 774.* ait: *do-*
*minus meus dicit, quod utile dominiũ* 2
*Oppoſitio prima,*
*eſt chimaera. Primo* enim perhibent,
eius nominis nullam fieri mentio-
in feudorum inſtitutis *DVARENVS*
*c. 2. feud. n. 2.* *Reſp.* Intuentur
haec indolem feudorum *ſui aeui*, ubi 3
feudorum iura abſoluta ſunt uſu-
fructu *p. 123. litt. f. h.* Deinde alia
eſt prouincia *legislatoris* & *iudicis*:
alia *doctoris*. Huius eſt definire,
quid res ſit; non illorum, qui craſſa 4
plerumque minerua utuntur. Satis
ergo eſt, rem haberi in feudorum
inſtitutis, id eſt pinguiora iura uſu-
fructu *p. 125. litt. g.* quamuis ipſa ibi-
dem non offendatur adpellatio. *De-* 5
*inde* barbarum eſſe, putant & abſo-
num, cultiorique iurisprudentiae
*altera,*
aduerſum, eiusdem rei duos fingere
uelle dominos, utcunque hi inui-
cem poſtea diſtinguantur, *RIT-* 9
*TERSHVSIVS lib. I. c. 3. p. 60.* & ante
eum *DVARENVS lib. I. diſput. an-*
*niuerſ. cap. 17.* *Reſp.* Icti tamen
Romani maritum dominum adpel-
larunt dotis, quamuis & ipſi agno- 7
uerint, aliquam quoque dominii
ſpeciem penes uxorem remanere
*p. 131.* Alia habet *ROSENTHALL c. 1.*
*concl. 6. n. 2.* Porro cauſam, qua fin-
*tertia*
xerint *utile dominium* fatuam & er- 8
roneam eſſe opinantur: ſcilicet quo-
niam VTILIS *rei uindicatio* detur ua-

ſallo. Verum hanc etiam aliis con-
cedi, quorum interſit, rem non eſſe
ablatam, qui tamen utile dominium
non habeant, exemplo *publicianae*
*l. 13. ff. de publiciana* & *HOSTIENSIS*
*lib. 3. ſummae tit. de feudis n. 11. p.*
*774.* *Reſp.* Hanc forte adpellationis
occaſionem fuiſſe; cauſam uero
eius eſſe necquicquam. In publi-
ciana ex poſſeſſione & animo uſu-
capiendi dominia fingi; eſſe autem
dominia uaſallis. Ad extremum *pro-*
*prietatis* iura permanere, affirmant, *quarta,*
penes dominum feudi, quod & *leges*
dicant & magno numero diplomata;
illam uero plenum dominium uelle:
exemplo *maieſtatis*, quae ſit indiui-
dua. Alias eodem iure diſtinguen-
dum fore inter *maieſtatem directam*
& *utilem*; quoniam indulgentia re-
gum regalia quoque in feudum
concedantur. *Reſp.* Sunt *proprie-*
*tatis* & *dominii* uocabula inter *entia*
*moralia*, quae nouam metamorphoſin
quotidie pati queunt ex nouis mo-
ribus & legibus reipublicae. Utro-
que in feudis utimur pro *minus ple-*
*no*: niſi feuda ſint proprietatis *p. 118.*
*litt. a.* Scilicet proprietarii in ſuis
quondam fundis tantum non dede-
runt aliis: quantum hodie datum eſſe
uidemus uaſallis. Quod cum factum
ſit, rei nouae noua opus fuerat de-
nominatione. Fruſtra ergo ſunt,
qui haec nomina reprehendunt con-
futantque, *CVIACIVS lib. II. obſeru.*
*35.* & *in libris feudorum* aliquoties,
Eguin. *BARO lib. 4. de benef. c. 7.*

effictum (*): ita tamen nimis illud anguſtum eſt,

H 2 quam

*Adſertio utilis dominii in feudis.*

(*) E re eſſe omnino exiſtimo, ut *dominii* uerbum retineamus in ſignificatione iurium, quae habent uaſalli in feudis. Supra enim ſatis oſtenſum eſt *p.* 125. *litt.g.* uſumfructum illa necquicquam exhaurire. Appoſite doctor extraneus, *Thom.* CRAGIVS *lib.* 1, *feud. dieg.* 9. *p.* 44. *Loquendi modus in feudis plane abhorret ab uſufructu. Quis enim Rollonem ducem Normanniae, cum in Normannia nomine feudi inueſtitus fuit a Carolo, ſimplicem tantum uſumfructum accepiſſe dicet? Aut praeſentem ducem Saxoniae, Marchionem Brandeburgenſem, Palatinum comitem tantum eſſe uſufructuarios ſuarum ditionum? Noſtri ſane inſanirent, ſi eos non eſſe* DOMINOS *ſuorum praediorum; ſed tantum* VSVFRVCTVARIOS *diceremus. Quod ſi tantum eſſent uſufructuarii, nec alium ſubinfeudare poſſent; nec uſumfructum ſuis coniugibus aut aliis conſtituere.* Recte arguit a nomine ad rem ipſam Ictus. Nam imperii principes ſua territoria dicunt: unſere lande; die uns von GOtt an vertraute lande. Conferatur *p.* 118. *litt. a.* Neque aliter ſcribit ad illos ipſe imperator: die Verfügung in Euren landen zu thun; non uero, in unſern landen. Ipſae imperii leges principes honeſtant nomine; der landes herren: iura eorum, territorialis *dominii*. Atque in curiis feudorum Germaniae: die nutzbahre eigenſchafft/herrſchafft / ut uaſalli domi-

*a) ab ſtylo curiae.*

1 nium ſeiungatur a dominio directo,
der ober eigenſchafft; lehensherrſchafft. Reuocabimus nobis hic in
memoriam, quae ſcripſimus *p.* 118.
*n.* 7. Deinde ſuperius *p.* 125. *litt. g.* *b) re ipſa.*
2 plene planeque oſtenſum eſt; feuda
longis ſpatiis ſuperare rationes &
commoda uſusfructus. Quod ſi in- *c) formulis Romanor.*
tellexerunt Icti Romani, ipſi quoque
*dominii* uerbo uti maluerunt. Exem-
3 plis id docebimus. *Dote* dominium
(*ciuile*) marito tribuitur; ſed idem
etiam (naturale) relinquitur uxo-
ri. Rei praeſcriptae *dominus* eſt
ille, qui eam praeſcripſit; eſt etiam
4 *dominus* alter, aduerſus quem eſt
praeſcriptum: quoniam poſſeſſione
recuperata, rem, praeſcriptione
amiſſam, is recipit, remouetque
praeſcriptorem exceptione *priſtini*
5 *dominii l.* 8. §. 1. *C. de praeſcript. xxx.*
*annor. Petr.* HOHENHARD *im*
*Preuſſ. Neuburg. cap.* 3. §. 46. *p.* 287.
& COVARVVIAE *locus p.* 43. *litt. y. z.*
notatus. Imo longi temporis con-
6 ductorem fiduciarium heredem; ſu-
perficiarium; emphyteutam *domi-*
*nos* quandoque adpellant leges;
quidni eo nomine dignum cenſebi-
mus uaſallum? Imo tanta uaſallo-
7 rum iura incrementa ſumpſere, ut
alii ex contrario potius dubitent,
utrum *domino directo*, in feudis no-
ſtris aliquod dominium uideatur
in re feudali relictum eſſe. Quam
8 dubitandi rationem allegat GIPHA-
NIVS *in tractat. feud. c.* 4. *n.* 4. 5.
miro inter nimium & parum diſſi-
dio,

quam generis hic locum queat ſuſtinere (m).

*c) ius in re,* §. IV. Eodem quoque iudicio nomina aeſtimo, quae fere ſunt pretii eiusdem. In quo ordine ha- *d) fruendi,* beo IVS IN RE (n); ius aliena re utendi FRVEN-
DI

---

dio. Legantur hic alii, qui dominii utilis iura in feudis tuentur, *HOTOMANNVM d ſp. feud. c. 33. & 34.* quamuis hic in adiectiuo, *utilis*, rationem quaerat, quo ſenſu etiam, *fructuum* ergo, dominus dici poteſt uſufructuarius. Verum abſit, hoc intuitu uaſallorum dominia tueamur. *e) auctoritate doctorum.* *FRANZKIVS cap. 14. de laudemiis n. 15.* forte huc reſpexit, quum ſcribit: *uaſallus ſi fructus uindicat, uindicationem directam habet; utilem uero ſi fundum ipſum. Ergo quicquid doctores de dominio utili habent & diſputant, nonniſi ad rem ipſam & fundum, in quo ius habens eſt exaudiendum. CORASIVS lib. 6. miſcell. 20. n. 2. KNICHENIVS lib. 2. de pact. ueſtitur. c. 1. n. 9. 10. ROSENTHAL c. 1. q. 6. n. 2. ITTERVS de feud. imp. cap. 22. §. 2. 3. ANTONIVS diſp. I. §. 2. litt. c. p. 16.* qui plures laudat, huius uerbi patronos, *Thom. GRAGIVS lib. I. feud. Angliae dieg. 9. p. 45. EYBEN elect. feud. c. 10. §. 7.* Modo autem *dominium* ſit ſaluum, uaſallis: τὸ *utile* enim nolim tueri. Magis forte concinnum eſſet, directum dominium *bonitarium* dicere; utile autem *feudale*: ſiue unum abſolute dominium; alterum *quaſi dominium.* Alia nomina attigi *p. 129. litt. l.* Quod omne eo fine dico, quoniam τὸ *utile* doctores in tranſuerſum agit, quaſi *fructuum* intuitu dominus diceretur uaſallus.

(m) *STRVVIVS* huc inclinare uidetur, feudi genus eſſe utile dominium. *An feudi genus utile dominium?* Ita enim *cap. 2. §. 3. n. 4.* arguit: *doctores quidam feudi genus conſtituere dominium utile. Cui diſplicuerit id genus, ille remotiori uti poteſt*, ſcilicet, *ius in re.* Verum dantur feuda *uſufructuaria; habitationis; proprietatis*, quae omnia nihil habent commune cum utili dominio. Ut adeo ſatis manifeſtum ſit; anguſtius eſſe hoc genus definito ſuo, quo latius ſit, oportet. Id eſt, repetenda ſunt, quae ſupra in confutatione uſusfructus ſcripſi *p. 122. litt. e.* Ceterum communiter tamen feuda in *dominio utili* hodie conſtituuntur, quo caſu id genus necquicquam reformido. Quorſum etiam ſupra reſpexi *p. 43. litt. y. z.* Ut adeo feudum ſit, *dominium utile ſub nexu fidelitatis ſuſceptum.*

(n) Hoc genus adaequatum eſt omnibus fere beneficiis, quae uaſallo ſolent conferri. *Feudi genus num ius in re.* Nam & *proprietatis* & *habitationis* feuda ſub ſuo continet complexu atque illa etiam quae in *ſeruitutibus realibus* aut *perſonalibus* conſtituuntur. Placet igitur ſibi in eo *BOCERVS de qualit. feudor. c. 1. n. 1.* & in *ſynopſi feud. th. 2. Feudum eſt ius* IN RE *quadam mutuae fidei cauſa conſtitutum.* Eandem fouent *ANTONIVS diſp. 1.*
feud.

DI (o); SERVITVTES ſiue uniuerſim, ſiue ſpeciatim perſonales (p); POSSESSIONVM ſpecies diuerſas, utpote bonae fidei (q), alterius nomine ſuſceptas (r), atque

e) *ſeruitutes,*

f) *poſſeſſiones,*

---

*feud.* §. *2. p. 12. SCHNOBEL diſp. 1. feud. n. 19. GIPHANIVS tract. feud. cap. 4. n. 4. Gerh. FELTMANN tract. feud. cap.* 1. §. *3.* Verum feuda etiam in iure PERSONARVM, hominibus *propriis* atque olim *ſeruis* ſubſtitiſſe, *p. 22. litt. s. n. 2.* exemplis docui. Taceo *obligationes* perſonales, quae itidem fieri poſſunt ſub lege fidelitatis. Neutrum uero comprehenditur ſub *iure* IN RE *conſtituto.* Qua cauſa iterum genus hoc ANGVSTIVS eſſe, patet ſuo definito: ut fruſtra *Gottfr. SVEVVS diſp.* 1. *feud.* §. 1. & *Iohannes COPPEN obſeru.* 1. *n.* 17. *idgenus nimis* REMOTVM habere uideantur.

*Num ius aliena re fruendi?*

(o) Hoc genere uere doctores gaudent recentiores, tantum non omnes. *CVIACIVS in proleg. feud.* ipſe *HOTOMANNVS diſp. feud. c. 4. p. 24.* quando iura uaſalli ſpeciatim definit, non feuda uniuerſim. *NIELLIVS diſp. 1. feud.* §. *52. p. 32. Domin. ARVMAEVS diſp. feud. 1. theſ. 21. Arn. de REYGER de orig. & auct. feud. th. 14. Ioh. COPPEN obſeru. feud.* 1. *p.* 14. *Lib. HATTYSSER in analyſi feud. c. 3. p. 8.* libello admodum eleganti; *SVEVVS diſp.* 1. *feud.* §. 1. *STRVVIVS cap. 2.* §. *2. EYBEN cap. 2.* §. *7 HORNIVS cap. 2.* §. *7.* Cauſa diſcriminis a priori, quod illud genus, omne ius in re complecti uideatur: hoc autem unice reſpiciat ad ſeruitutes. Quare illud latius eſt hoc. Quibus uero *uſusfructus* hic in deliciis eſt, illis hoc etiam genus uidetur iuſto amplius & remotius eſſe, quo nomine id poſtulat *WVRMSERVS claſſ.* 1. *feud. impr. n. 3.* Noſtro iudicio id nimis anguſtum, ob cauſas allegatas nota proxima *litt. n p. 132.*

(p) *Andreas ALCIATVS lib. 5. Reſp. 1. n. 41.* feudum dicit ſpeciem ſeruitutis. Inde arguit, quamlibet rem uti liberam praeſumi, ita etiam allodialem. *GIPHANIVS tract. feud. c. 3. n. 6. Accurſium, Baldum, Panormitanum*, laudat, huius ſententiae patronos. A quibus parum differunt, qui huc ſpeciatim trahunt *ſeruitutem realem*, quod facit *ISERNIA ad 2. F. 24.* §. *ſed haec Ioh. FABER ad* §. 13. *Inſt. de act.* Verum do, feuda in ſeruitute conſtitui poſſe; nego, omnia in illis conſtitui, quod dixi *litt. n. p. 132.* Licentiam regulae omne praedium praeſumi allodiale corrigam ſuo loco.

Seruitus,

*Num poſſeſſio bonae fidei?*

(q) *Trium* generum *poſſeſſiones* doctores confundunt cum iuribus uaſalli. Primo poſſeſſionem *bonae fidei*: tum *conſtitutum* poſſeſſorium: demum poſſeſſiones, reipublicae cauſa adſignatas a Romanis. Proh feracium nugarum. *Bonae fidei* poſſeſſorem Romani illum dixere, *qui rem a non domino* (aut illo, qui ius alienandi non habuit, ut furioſo l. 7. §. 1. ff. de public.) *traditam,*

*bona*

atque adſignatas in fundis, reipublicae propriis (s);
(g) *doles* iura etiam uxoris & mariti in DOTE (t); precarias
ſiue

*bona fide* (cum furioſi morbum ne- 1
ſciret) *ex iuſta cauſa* (emtione, do-
natione cetera) *accepit* (in poſſeſ-
ſionem). Is enim, ſi poſtea caſu
poſſeſſionem amiſit, ab altero, qui
neſciuerat probare dominium, ean- 2
dem recuperare remque quaſi uin-
dicare poterat actione Publiciana,
de qua *lib. 6. ff. tit. 2.* agitur ex inſti-
tuto. Quid autem quaeſo haec ad
uaſallum? qui poſſeſſionem a *uero* 3
domino accepit; ut alter a *non do-
mino*: deinde neque poſſeſſionem
accepit tantum; ſed etiam, quod
probauimus, dominii non *ficti*, quod
in b. f. p. fit, ſed *ueri* aliquam par- 4
tem *p. litt.* : poſt manet do-
minus aeternum neque habet, quem
aemulum metuat ſui dominii; ſed
*b. f.* poſſeſſor ſtatim excidit & domi-
nio & poſſeſſione, quum uerus do- 5
minus fit manifeſtus. Miſere age-
retur cum uaſallis, ſi myriades ar-
genti impenderent, non, ut eſſent
domini fundorum, ſed ut fingeren-
tur. Sed dicunt, conuenire tamen 6
in eo, utrumque, quod rem e poſſeſ-
ſione amiſſam uterque *quaſi uindi-
cet. Reſp.* Publicana rem uindicat
*alienam*; feudalis, quod uindicat,
utpote utile dominium, *proprium* 7
eſt uaſalli ipſius. Stultiſſimum eſt,
rebus nouis noua uocabula inuidere
& inſtituta germanorum incognita
romanis contorquere uelle ſub iu-
gum peregrini iuris. Conferan- 8
tur huc *Hub. GIPHANIVS tractat.
feud. c. 3. n. 9. RITTERSHVSIVS lib.*

*1. feud. c. 2. q. 5. p. 46.*

*Num conſtitutum poſſeſſorum?*

(r) Alterum poſſeſſionis genus, quod cum feudis miſcent eſt ius *conſtituti poſſeſſorii*. Quaſi ſcilicet uaſallus pro domino poſſideret feudum; ut debitor pro creditore, ſi ille huic conſtituit poſſeſſorium *l. 18. ff. de acquir. poſſeſſ.* Verum ſi omnes modi poſſeſſionem acquirendi & iura eius feudis conferenda ſunt, alii plures ſupereunt, quos tractant doctores *lib. 41. ff. tit.* Conf. *RITTERSHVSIVS l. 1. c. 2. q.* 10. Sic creditores pignora ſaepe poſſidenda reddunt, quo caſu illi alieno nomine, ſc. creditorum, (ut uaſalli rem alienum) poſſident *l. 6. §. 2. 4. ff. de precar.* Sic qui alteri donat ſibi tamen retento uſufructu, ille pariter non ſibi poſſidet ſed donatori *l. 28. C. de donat.* Simile id dixeris feudo oblato *p. 115. litt. r. n. 2. p. 98. litt. t.* Sed falſum ubique eſt, uaſallum non ſuo nomine feudum poſſidere, ſed domini directi ergo *p. 129. litt. l.*

*aut poſſeſſio nomine alterius?*

*Num poſſeſſiones bonor. reipubl.*

(s) Tertium hoc poſſeſſionis genus feudis eſt admodum ſimile. Nam agros reſpublica Romana militibus diſtribuit utendos fruendos ſub nexu ſeruitiorum militarium. Quod attigimus ſuperius *p. 42. litt. x. p. 104. litt. c. n. 6.* Verum agemus de his in capite de *feudis romanorum*. Conferantur *HOTOMANNVS diſp. feud. c. 2. RITTERSHVSIVS lib. I. c. 2. q. 14. GIPHANIVS diſp. 1. n. 54.*

*Num iura*

(t) Contulit iura mariti in fundum

ſiue PRAESTARIAS (u); LIBELLARIAS, a libello dictas, non libella, quae argutiae recentiorum (x); SVPERFICIEM (y); contractum inprimis EMPHYTEVTICI

*h) precaria, i) libellaria, k) ſuperficies.*

*mariti in fundum dotalem?*

dum dotalem cum feudis *RITTERSHVSIVS lib. 1. c. 2. q. 6.* ingenii magis cauſa, quam ueritatis. Feuda *coniugia* audire, *p. 105. litt. f.* ſcripſimus. Sed hic riuus ex alio fonte. Scilicet quae dominii iura marito ſint in fundo dotali; eadem etiam eſſe putant uaſallo in re feudali. Utrobique duo laudari dominia; ibi mariti & uxoris, hic ſenioris & uaſalli. *Reſp.* habere feuda ſuas conſuetudines, ut opus non ſit, illa eruere ex iuris ciuilis titulo de dote. Neque tuto inde aliquid iuris ſuppleri poteſt. Nam crediderim uaſalli fere iura maiora eſſe iuribus mariti, maxime in feudo oblato & emto.

*Num precaria.*

(u) Precariae ſimiles ſunt donationibus, retento uſufructu *l. 28. C. de donat.* differunt tamen in eo, quod plerumque in precaria donatio cum iure quodam fiat reciproco, ut ſcilicet donatarius, & ipſe donet rei cuiusdam uſumfructum donatori. Adeoque in hoc genere donationis *precariſta* eccleſiae proprietatē donet retento uſufructu; contra eccleſia eidem uſumfructum largiatur, retenta proprietate. Sed crediderim, hoc primum ſchema non fuiſſe huius contractus, cui forte originem dedit, quod benigna mater eccleſia fundos utendos pauperibus dedit non lucro, ſed *precibus* uicta egentium. Poſt nouerca eſt facta, quae a donatario uel officia poſtulauit uel ſimilem donationem. Inde no-

1 men *praeſtariae*, quod nomen eiusdem contractus eſt ex intuitu diuerſo petitum. Miſcuere ex ea cauſa precarias cum feudis doctores, quia hic quoque alius proprietatem habeat
2 alius uſumfructum. Repetenda igitur ſunt, quae de uſufructu diximus *p. 125. litt. g.* & ſupra *p. 105. litt. d.* Meretur contractus is locum peculiarem, non ex peregrinis doctoribus
3 *ad tit. 14. lib. 3. decretal. de c. precaria 109. 11.* ſed diplomatibus medii aeui illuſtratum.

*Num libellaria?*

(x) Libellaria *mixtus* contractus eſt, qui cum a legibus paulo deflecte-
4 ret, opus fuit, ut memoriae cauſa ſcriberetur, hinc ei nomen forte a *libello.* Negotium tale fuit: emit uel conduxit aliquis fundum, minoris quidem, quod contractus aliquorum
5 annorum ſpatio tantum duraret & emtor quoque annuum canonem praeſtaret uenditori ſiue penderet pecuniam, cuius pretium ueteres non ſigno notarunt, ſed pondere, id
6 eſt, *libella.* Unde quidam nomen deriuant libellarii, *WESENBECIVS c. 14. feud.* ſed fruſtra, quia in medii aeui diplomatibus ſaepe audit contractus *libelli.* Cum igitur in eodem locator
7 uel uenditor dominium uel retineret uel poſſet reuocare, in eo ſimilem illum eſſe iudicarunt iuribus dominii directi. Verum etiam de hoc inferius ſigillatim.

*Num ſuperficies?*

8 (y) Quoniam in eodem fundo unus *ſuperficiei* dominus eſſe poteſt;

do-

*i) emphyteuſis.*

CVM (z), qui paſſim miſcetur cum feudis burgenſibus

alter *ſoli* ipſius: igitur uaſallum ſuperficiario conferunt, ſeniorem ſoli domino. Deinde ſuperficiarius dominus *utilis* audit & *quaſi uindicationem* rei habet: uti idem plures aſſerunt de uaſallo. Non quidem dubito, quin *ſuperficies* in feudum dari aut uaſallus iura *ſoli* retinere & alium ſubinfeudare poſſit *ſuperficie*, *ZASIVS part. 4. feud. n. 4. p. 17.* Memorabile exemplum habet *Hub. GIPHANIVS, profeſſ. Noribergenſium iuriumque eius reipublicae callentiſſimus c. 3. tract. feud. n. 12. interdum controuerſiae etiamnunc exiſtunt de iure ſuperficiario. Et non ita pridem inter remp.* NORICAM *& Marchionem* ONSPACENSEM *de pomoerio, ſeu* MOENIBVS *prolatis urbis Noricae & quaſi in* * SOLO MARCHICO *auctae & amplificatae.* Ita enim memini in praefectura, cui nomen eſt HOHENHARD, quae mihi natale ſolum fuit, patre ibi prouinciam tenente praefecti, ſyluam reperiri, ubi *ſoli* iura penes eundem Onoldinum, penes quem etiam iurisdictio, die fraiſch / uenandi iura aliaque ſunt: *ſuperficie* uendita Halenſibus. Unde miror doctores ſubdubitare de uſu huius iuris in foris patriae. Verum ſi uaſallus praedio communi ratione inueſtitur; ius ipſius ſoli habebit, non ſuperficiem tantum. Differentias utriusque luculenter tradit *REVSNERVS feud. diſp. 1. §. 38. 69. p. 43.* Meretur locum ſingularem die fraiſch / ius Franconiae & Sueuiae ſolenniſſimum.

*Num emphyteuſis.*

*Feudi & emphyteuſeos ſimilitudo.*

1 (z) Ubi emphyteuſis conueniat
cum feudis, ubi differat ab iisdem cu-
rate recenſet *HOTTOMANNVS feud.*
*diſp. c. 35.* De feudi & emphyteuſis
tum ſimilitudine, tum diſſimilitudi-
2 ne conſiderandum eſt. Primum i-
gitur illorum hoc commune eſt,
quod ut emphyteuſis non prædium
eſt, ſed ius in praedio *l. ſi domus, 71.*
*§. ultim. D. de leg. prim. l. 3. §. 4. D.*
3 *de reb. eor. qui ſub tut.* ita feudum
proprie uereque non praedium eſt,
ſed ius certum praediis impoſitum,
& quaſi uſusfructus *lib. feud. 2. tit. 23.*
*in fi.* II. Sicut emphyteuſis certum ac
4 proprium eſt contractus genus ab
emptione & conductione diſcrepans
& ſuis proprietatibus conſtans *§. 3.*
*de locat. & cond.* ita feudum genus
eſt conuentionis iuri ciuili Roma-
norum prorſus ignotum *lib. 2. tit.*
5 *23. §. 1.* III. Sicut emphyteuſis utile
dominium in emphyteutam trans-
fert, hoc eſt ius utilis actionis exer-
cendae: *l. 1. D. ſi ag. uectig. l. 5. §. bono-*
*rum, D. ut in poſſ. leg.* adeo ut etiam
6 dominus appelletur, & ſeruos ruſti-
cos manumittat, *l. poſſeſſores, 12. C. de*
*fund. patr.* ita feudum omnem in ua-
ſallum de re litigandi & tranſigendi
poteſtatem transfert. *lib. 2. tit. 8. § 1.*
7 *& tit. 43.* IV. Sicut agri uectigalis
dominium directum proprietarius
retinet *l. 1. D ſi ager uectig.* ita ſenior
agri feudalis. *lib. 2. tit. 8. §. ult.* V.
8 Sicut ager uectigalis plerumque in
perpetuum datur: *l. 1. eod.* qua de
cauſſa ius perpetuarium appellatur

bus ignobilium; SALARIA (a) & CENSUS uarii diuer- k) ſalariũ,
ſique generis, quia germanis feudum dicitur eine l) cenſus,
I gül=

*l.* I. *C. de offic. com. ſacr. pal. l.* I. *l.* 2. *l.* 3. *C. de loc. praed. ciuil.* ita feudum Lotharli lege gentilitium factum eſt, ut perpetuo iure etiam ad poſteros transferatur. *lib.* I. *tit.* I. §. 2. VI. Sicut ager uectigalis eripi ſine cauſſa emphyteutae per proprietarium non poteſt, dum ille uectigal praeſtet. *L.* I. *D. ſi ag. uectig. l.* I. *C. de iur. emph.* ſic feudalis adimi per ſeniorem uaſallo, ſine cauſſa conſilio cognita, non poteſt. *lib.* 2. *tit* 34. §. 2. & *lib.* 3. *tit.* I. §. I. Atque haec quidem de conuenientia & ſimilitudine hactenus, nunc quibus rebus inter ſe diſcrepent, uideamus, Primum inter dominum & emphyteutam nullum clientelæ & neceſſitudinis genus, non magis quam inter alieniſſimos contrahitur. In feudo vero clientela & obligatio fidei ac beneuolentiae ultro citroque contrahitur. *lib.* 2. *tit.* 23. *in fi.* & *tit.* 55. §. 2. II. Emphyteuſis agrorum & rerum corporalium propria eſt: ut eadem uerbi notatio declarat. Feudum uero etiam ad res incorporales pertinet: ueluti imperia & honores *lib.* 2 *tit.* I. §. 2. III. Emphyteuſis ſine ſcriptura non contrahitur. *l.* I. *C. de iure emphyt* Feudum etiam ſola teſtatione conſtat *lib.* I. *tit.* 4. §. I. & §. 4. & §. 6. IV. Illius natura eſt, ut emphyteuta certum vectigal pendat *d. l.* I. *D. ſi ag. uect.* huius propria conditio eſt, ut opera militaris praeſtetur. *lib.* 2. *tit.* 26. §. 23. V. Agro uectigali domini permiſſu uendito, quinquageſima pretii pars ei domino debetur. *l.* I. *C. eod. M.* feudum ſola inueſtitura acquiritur *lib.* 2. *tit.* 16. V. Emphyteutes ius ſuum etiam per teſtamentum alienare poteſt. *l. ſi domus*, 71. §. *ult. D. de leg. prim. l. in conuentionib.* 219. *D. de uerbor. ſignific.* De feudali iure nulla teſtamenti factio eſt. *l.* I. *tit.* 8. §. I. VI. Emphyteutici iuris haereditas, in quosuis haeredes, quantumuis extraneos tranſit. *dicta. l. ſi domus.* & *l. uiam ueritatis.* 10. *C. locat.* Feudalis autem ſucceſſio tota gentilitia eſt *lib.* I. *tit.* I. §. 2 VII Ius emphyteuticarium tantum ob uectigal triennii non praeſtiti amittitur. *l. ultim. C. eod.* Feudum autem circiter uiginti de cauſſis amittitur. *lib.* I. *tit.* 5. & *lib.* 2. *tit.* 24. VIII. Agri uectigalis proprietas nullo caſu emphyteutae committitur: feudi proprietatem ſenior iisdem de cauſis committit, quibus uſumfructum uaſallus ſeniori aperit. *lib.* 2. *tit.* 26. §. 24. & *tit.* 47. Ego certus ſum, hunc contractum ſaepius iuiſſe in feudalem. Domini & emphyteutae ſiue incuria ſiue partium quodam ſtudio. Dabo ei locum infra ſingularem.

(a) Quondam feuda *ſalaria* fuiſſe, uaſallos *officiales*, ſcripſi *p.* 124. *litt. f. n.* 2. Habent utrique beneficia ſub nexu fidelitatis ſuſcepta. Tempus, quo illa tenent; res, in qua illa conſtituuntur, ceteraque naturam feudi mutant, non eſſentiam. Quamuis ſalarii loco hodieque in Wurtenbergicis *Num ſalarium?*

gicis

gúlte (b), quae omnia uel confunduntur cum feudis uel generis loco adhibentur: quamuis limites habeant anguſtiores (c).

*m) ius,*
*n) ius de re.*

§. V. Contra uero latius proximo feudi genere patent IVRIS aut etiam iuris circa rem nomina (d), quae non minus recte in definitione feudi uidemur expunxiſſe.

---

gicis officiales res immobiles poſſideant ordine uſufructuario, quae fere fructuaria feuda ſalutare, nullus dubito. Eadem ferme quaeſtio eſt, num clericorum beneficia feuda ſint, quam tractant *REVSNERVS diſp. 1. §. 70. RITTERSHVSIVS lib. 1. c. 2. q. 17.* Infra etiam de his ſigillatim.

*Num cenſus* eine gúlte?

(b) Ita *SPECVLVM Sax. feudal. in pr. praef.* Lehen-Recht iſt anders nichts als die Gúlte / die von des Reichs oder der Herrn eigen gefelt / das der Ritterſchafft geliehen wird / davor einer dienen muß / er würde es denn von Gnaden (feuda gratiae) vertragen. Gúlt autem uocabulum idem uidetur noſtris quam Zinß. Verum alia mihi hic mens eſt, differt enim gúlt vom Zinß; uti praeſtationes pecuniariae ab illis, quae in natura, quod dicunt, fieri ſolent; an hünern / eyern / & quae ſunt eiusmodi. Hi cenſitae uocantur gult-bauren. Verum de his quoque infra ex inſtituto, ubi in plerorumque cenſiticorum contractuum indolem inquiram, fide inſtrumentorum medii aeui.

*Omnia haec genera improbantur.*

(c) Quae iura longa ſerie hic enumerata ſunt, in ſingulis eorum conſtitui poſſe feuda, nullus dubito. Verum *p. 117. litt. a.* ex inſtituto

1 probaui, dari quoque in feudum
alias res, in neutra illorum comprehenſas.

*Num ius uniuerſim?*

(d) Facile intellexerunt rerum
Germaniae periti doctores; tam la-
2 te patere res, in quibus feuda ſolent
conſtitui, ut neque *ſpecies* ulla iuris
*in re*; neque etiam ius in re *uni-
uerſum* ſatis ſit, ad continendum ſin-
gulas ſub ſuo complexu. Itaque
3 nomen magis generale quaeſiue-
runt, quod conſtitueret genus in
definitione feudali. *BESOLDVS in
princip. feud. §. 3.* ait: *feudum eſt*
IVS *ſub mutua fidei lege*, inque par-
4 tes ſuas uocat *Ioh. TILENIVM in
parat. iur. feud.* Ad eandem fere
mentem *LYNKERVS*, cuius in hoc
argumento deſideria recenſuimus
*p. 119. litt. a. n. 7.* eodem loco ſcri-
bit: *feudum eſt ius circa rem alicui*
5 *conſtitutum, ſub obligatione praeſtan-
dae fidei.* Verum utrique aut ius
rerum a iure perſonarum diſtin-
guunt; aut illud quoque uolunt iu-
ris nomine comprehenſum. Si
primum eſt, anguſtiarum hoc quo-
6 que genus poſtulo; ſi alterum, tanto
illud ſpatio remotius habeo, quan-
tum intercedit inter iura abſolute
dicta & ea, quae nomen ſuſtinent
beneficii.

*uel ius circa rem?*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-427697-p0083-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-427697-p0084-6

6 4,

INAVGVRALI

1708 10

# RA
# DIS
# INA,

NIFICENTISSIMO,

ENISSIMO PRINCIPE,

MINO,

WILHELMO,

SSIAE, CETERA,

RETO

ORVM ORDINIS,

IDE

O Ludewig/ ICt.

STORIARVM PROF. ORDIN. ATQVE

ARII MAGDEBVRGICI,

CENTIA

RE HONORES

ESSENDI,

DENDO

DET

VDOV. Büttner/

RTZBVRGICVS.

---

NEDOR.

OCTOBR.

---

HNIANIS

II I.